tas, hic est considerandũ. Siquidem arteriarũ in animali respiranti
duæ sunt differentiæ, pulsantes scilicet, et non pulsantes. sed pulsan
tes Galeno videtur, esse ordinatas ad ducendos spiritus, tametsi fatea
tur, eas etiam ~~reperi~~ operari ad ~~edu~~ ducendũ sanguinem. Minime autẽ
pulsantes videntur ei, magis particulares in sanguine educendo, quãq
etiam ~~[illegible]~~ fateatur ipsas deducere spiritus. et quoniam sanguis
est nutrimentũ membrorũ, ~~et~~ ei non ~~[illegible]~~ esse sensibilitatem. sanitasq
et ægritudo ~~[illegible]~~ aĩalis pendet à ~~Compositione~~ Compositione, et Com
plexione huius humoris. ~~et~~ sanguisq varius fit in animalibus, spissitudi
ne, et subtilitate, Claritate, et turbulentia, Caliditate et frigiditate. et
quanto magis animal est expers Caloris, et puri sanguinis, tanto ma
gis est Cordatum, et magis prudens, hancq ob causam, plura inveniuntur
animalia magis Cordata, prudentiora animalibus habentibus sanguinem
veluti est apes, et formicæ, in quibus apparet maior prudentia ad vitam du
cendam, apparetq animal quod habet sanguinem frigidũ, esse timidum
hancq de Causa animalia sanguine ~~[illegible]~~ experta sunt ~~[illegible]~~ sanguinem
habentibus, sunt timidiora. et sanguinis propriũ est, ~~ut~~ in eo mi
nuta sanguinis fragmenta ~~reperiuntur~~ inveniri pilis similia. interdumq
sũt Crassiora, significant ~~exp~~ exuperantiã ~~terrestris~~ partis terrestris.
et animalis habentis sanguinem ~~est~~ proprium est, tarde irasci. siquidẽ

hoc

hae terrestria corpora postq̃ ob iracundia incalescunt, caeteris sunt calidiora ipsorumq̃ caliditas est uehementior. hocq̃ calefactis terreis corporibus comparatur, quae calefacta tarde perfrigerantur. In huncq̃ modum dicitur, unam rem alia esse calidiorem, ~~hocq̃ modo~~ diciturq̃ etiam eodem modo esse sanguinem initum. idcirco eius ira admodum est uehemens. sed sanguis ~~qui~~ mollis, qui non habenus est concoctus dicitur pituita. Ecce ~~iam~~ declaratum est ~~ex~~ hoc sermone, quae sanguinis sit natura, quaeq̃ illius utilitas.

De seuo et pinguedine

Cap. 3a

Agamus de seuo et pinguedine manifestum est ipsorum naturam unam esse in genere, sed differre secundum magis et minus differentia materiali, at quod eis est commune, est ~~quod~~ ~~hoc~~ substantiam cuiuslibet horum esse superfluitatem sanguinis concocti boni et excrementosi. quod non recte conueniebat esse corpus membrorum, neq̃ eorum partem, ob abundantiam concoctionis in hac parte. atq̃ ob exuperantiam naturae aeris et ignis in eo. hocq̃ quia necessarium est, excrementa non bene conuenire conuenientia in esse nutritionis, ob unius quatuor elementorum exuperantiam, aut pluris quam unius, ut exuperantia frigidi atq̃ humidi in excremento aquoso, et calidi et sicci exuperantia in excremento sicco, ita etiam hoc boni excrementum, quod est seuum ac pinguedo, praeualet ei caliditas humiditasq̃. et quoniam caliditas atq̃ humiditas praeter alias qualitates, recte in uita conueniunt, sanguisq̃ calidus est ac humidus, necessarium est istud excrementum esse sanguinis boni, concocti excrementosiq̃. ergo hoc non multiplicatur, nisi in animali bonae digestionis. hocq̃ apparet, quoniam haec non reperiuntur, nisi in animalibus sanis, quae sanguine abundant. Ea uero, quae sunt parum sanguine

parum

parum pinguedinis habent, et aprobatur sanguinis esse excrementum ex hoc quod non reperitur in animali exangui, amplius quod eius color est albus, natans super aquam recipiens succensionem dilatationemque. hocque significat exsuperantiam aeris et ignis in illo, ideircoque non recte convenit esse corpus animalis. sed ad equalitatem fuit inventum. ~~probaturque~~ ostenditque quod corpus sanitatis robustum ac bene se habens. Differentia vero inter sevum et pinguedinem est, quod sevum est excrementum sanguinis magis terrestris quam sanguinis cuius pinguedo est excrementum. et ideo sevum est magis terrestre quam pinguedo, demonstraturque quoniam sevum citius congelatur, quam pinguedo, et ius cocta in carnis habentis sevum ~~cocta~~ magis congelatur, quam ius carnis animalis sevum non habentis. idcirco sevum invenitur in corporibus animalium ~~carentium dentibus~~ carentium dentibus in superiori mandibula et habentium cornua et ~~ungues~~ ungues, siquidem horum animalium natura, est magis, cuius ius alterius animalis terrestris, ideoque ~~in~~ qui sunt cornua et ungues. sed in animali habente dentes in superiori mandibula, cornibusque carente, est pinguedo loco sevi, hocque quod pinguedo cum exsiccatur non congelatur, quod eius natura non sit terrea, hocque cum sit, pinguedo in animali significat bonum nutrimentum, et ~~virtut~~ um eius sanitatis. quod tunc ~~temporis~~ non exsuperat natura eius, carnis naturam: ut prohibeant in eo sensuum valetudinem. ideoque ~~pinguedinem in animali~~ fit cum pinguedo augmentatur in animalibus magna in copia est causa ~~ac~~ senectutis, et dispositionis ad incipienda accidentia, quia eius corpus refrigeratur, nam sanguinis copia consumitur in hoc excremento, quod hoc membrum, scilicet pinguedo in corpus corroboratur ad atrahendam in se bonitatem sanguinis, et in seipsum illum mutat. diminuiturque caliditas et humiditas sanguinis ~~et frigescit ll~~ eiusque universum

Corpus

Corpus refrigeratur, et diminuuntur sensus huius animalis, eique prevalebit frigiditas et siccitas, atque ita morietur, siquidem est manifestum, quod si commutaretur universum corpus in sevum et pinguedinem, ~~nā~~ hoc animal periret et sic etiam si conversa fuerint multa partes partium corporis in sevum vel pinguedinem, necessario hoc animal facile corruptionem reciperet, obidque animal valde pingue parum generat, quia parum sanguinis est in illius corpore: animalia habentia parum sanguinis communiter eius naturales operationes debilitantur, citoque ~~ipsum peruadet~~ ei supervenit corruptio à calido et frigido: et sevum tametsi fiat ex necessitate materiæ sanguinis, habet veruntamen aliquid utilitatis in animalibus; quod est calefacere membra seveo subiecta, ideoque medici cum in aliquibus vulneribus et morbis hominibus contingentibus faciunt incisionem, ob sevum membrum ei subiectum corrumpitur. hactenus explicatum est in hoc sermone quid sit sevum et pinguedo.

De Ossium medulla

Cap. 4.^m

Medulla est universaliter excrementum sanguinis concocti, quo ossa nutriuntur, et spinæ quæ in piscibus sunt loco ossium, ~~hoc~~ apparetque esse excrementum sanguinis concocti, nam reperitur in animali pingui quædam in ossibus natura pinguis natura pinguedini assimilis; et vero invenitur in animali non habenti sevum loco sevi quapiam pinguedo seveo assimilis: ~~[illegible]~~ Universaliterque demonstrat exuperantiam caliditatis et humiditatis, et ideo medulla est residuum nutrimenti ossium siquidem ossium nutrimentum debet fieri ~~oppo~~ modo suæ naturæ opposito scilicet frigido et sicco. quæ hæc ossis est natura. nutrimentumque debet fieri à simili, et excrementum à contrario: ~~hoc~~ ostenditurque sanguinem

esse

esse illius materiam, nam apparet in ossibus embrionis quaedam sangui
nitas, et cum roboratur embrio, roboratur etiam medulla, et fit alba et fit
medulla. et quoniam ossium inuentio fuit necessaria, aut membri quod
est ossi simile in animali, cumque os sit nutribile necessaria ~~est~~ inuentio
medullae in illo, loco necessitatis nutrimenti. et ~~mult~~ ex animalibus multa
non habent medullam, et sunt animalia quorum ossa sunt dura, et perluci
da, ut ossa leonis. hocque fuit re uera, quoniam medulla consumitur in istis ossi
bus. propter magnitudinem caliditatis, quae est in illis, et propter uirtutem
mutationis. quae est in ossibus huius animalis. At animal habens spi
nas non habet medullam, nisi in spinali medulla. illudque quod in spinali me
dulla inuenitur, est loco medullae. sed an sit excrementum hic est peruestigandum.
nam ex antiquis qui nos praecesserunt aliqui arbitrantur esse medullam, quoniam est
in osse dorsi. et Aristotiles putat, illud quod in dorsi ~~nauco~~ spinae meatibus
reperitur, ~~esse~~ a medulla in sui natura esse diuersum, quoniam ipsa uidetur
colla quaedam neruosa. et eius color est diuersus a colore medullae, eiusque
utilitatem in dorso esse uelut clauus, qui connectit ambas extremitates simul
ligat, ac firmat. haec utilitas, quam meminit Aristotiles est uera, sed post
Aristotilem inuenerunt aliam utilitatem hac nobiliorem, quae sit eadem
eius utilitas, cum cerebri utilitate in sensu et motu. sed de hac utilitate
nos disputabimus, cum itaque quod in sermone declaratum est, quid sit
ossium medulla.

De cerebro atque eius utilitate

Dicamus cerebrum capitis non esse illius naturae, cuius est ossium medulla siquidem
multi ex antiquis existimarunt ossium medullam diffiniri per excrementa, ut dixi
mus. at cerebrum capitis inter membra nobiliora recensetur sed ~~etiam~~ iam ar

bitrati

arbitratu est illud esse principale principiu sensus et motus, nam he due facultates Comista sunt in Cerebri Comistione. Amplius qm Cerebri natura frigida ac humida existit, ostenditur eius frigiditatem siquidem in eo nihil est sanguinis, tactuq frigidu apparet, ipsumq a frigore obleditur et egritudo epylepsia dicta est ei particularis, idq qm huius egritudinis Causa esse frigiditatem ~~existit~~ Creditur, et Causa etiam huius egritudinis sunt uapores ciboru qui ascendunt ad Cerebru, Concurrens in eo aer frigidus ab extra, qui eos uapores frigefacit, eosq in humorem Conuertit, qui est similis pluuiali humori. Somnusq qui in animalibus fit ob hoc membru, eius humiditatem ac frigiditate significat. a somnoq fit graue propter ~~hum~~ frigiditatem et humiditatem, quae ei preualent. indeq etiam manifestatur, ea quae ei preualent, esse aquam et terram, siquidem ipsu dum Coquitur, aridum euadit, humiditas namq a Caliditate ~~diss~~ dissipatur, remanetq pars terrea separata. igitur est manifestu, esse membru et non excrementu propter necessitatem, hocq ex seipsu apparet manifestum. At speculabimur quae eius sit utilitas; natura enim nihil frustra facit. Dicamus igitur, Cum suppositu sit Cerebru esse ob aliquā operatione operationum et Cum hoc etiam supposuimus, quod per anatomen apparet, de morbis, à quibus sensus et motus uitiatur, uitio Cerebri, et sani euadunt eius Cum sanitate. sequitur itaq ex hoc, ut in Cerebro ~~insensaliter~~ sit quaedam introductio ~~[illegible]~~ siu aliquid ad inuentionem sensus et motus, non quod Cerebru sit principiu motus et sensus ut dixit Galenus, qm motus et sensus ~~a Cerebro et neruo uitiato~~, uitiantur à Cerebro et neruis uitiatis. Diciturq huiusq membrq ~~aff~~ affectq ~~esse omnes~~ occasione omnes Causas aboleri. sed si supponatur Cerebru esse unā Causam Causaru Corporis, et aliquid quod perturbetur in illius perturbatione, non inuenitur, excepto sensu ac motu; ~~inde~~ ex hocq sequitur illud esse aliquam Causam sensus et motus, non quod ipsu sit Causa

principalis

ipsu sit Causa principalis. At ~~tum~~ Vbi Consideramus simpliciter Locum inuē tionis, ut fecit Galenus, et ei non Copulabimus hanc secundam propositionem, quæ est, Cerebrū et neruos esse unam Causam Causarū sensus et motus, sed ipse ~~ipsum~~ illam cum loco unius operationis operationum Confundit. ~~Caeterū~~ ex hoc non manifestatur esse Causam principalem. at si noluerimus uti duabus propositionibus ut diximus, manifestabitur Cerebrū aliquā Causam habere in sensu et motu, sed an ipsu sit Causa proxima uel remota substantialiter, et secundū primā intentionem, aut accidētaliter, et secundū intentionem secundā, hic est Locus perscrutationis.

Dicamusq́ si ~~[illegible]~~ Cerebrū, ut supposuimus, habet introductionem ad sensū et motum, ~~alterū~~ unum trium modorū esse oportet, uel ut sit Causa principalis harū duarū potentiarū, absq́ alterius membri ~~suffragio~~ opera, uel ut sit, in hoc Causa secunda, respectu ad primam Causam, ut seruiat principali membro, in quo ~~[illegible]~~ genera sunt hæ duæ potentiæ, et ei opem ferat: ~~uel si fuerit~~ et si Cerebrum alteri subseruiat, fieri non potest quæ ut eius operam non esse secundū primā intentionem aut secunda. Vlterius si cerebrū subseruit, fieri non potest illius seruitiū non ~~esse~~ unū ~~duorum~~ ~~unū alterum~~ modorū, scilicet aut ut habeat aliquam principalitatem ~~super~~ in aliquibus mēbris aut ut non habeat principalitatem. ~~sed~~ At ~~Cognoscere~~ illud, quod Cerebrū (ex ipsis) ~~[illegible]~~ Consequitur, Cognoscitur hunc in modum. hocq́ quoniam declaratū est, ~~et~~ magis declarabitur, ~~per~~ ~~quod~~ partē Calidā igneā, quæ est in Corpore, ~~quā spi~~ humano, spiritū appellatā, esse principale instrumētū animæ, quatenus sit anima, adeo ut ~~[illegible]~~ plures ex antiquis sint arbitrati, esse propriam animā, idq́ propter affinitatem quam hic spiritus habet

cum

habet cum natura animae, et cum spiritus inventio sit in corde, ita generetur ex substantia eius non proveniens ab aliquo membro membrorum et a corde ad alia membra emanat mediantibus arterijs, quae ab eo reptat ad alia membra, ut apparet in anathomia, sensusque in hoc cum ratione convenit, eius quod in superiori sermone dictum est, et quod etiam est explicandum scilicet esse necessarium, dari membrum hunc in modum in corpore humano. et iam monstratum est principium virtutis animae sensibilis vel insensibilis esse in ~~hoc~~ eo membro, in quo ~~quae~~ sunt animae instrumenta primaria, quod est cor. Hocque clarum est etiam ex eo quod apparet in ~~dilatatio~~ ~~et~~ expansione caloris a corde, eo tempore quo animal utitur suis membris in motu et sensu. et ex opposito cum animal quiescit, particulariterque in somno, quia tunc temporis animal ~~frigescit~~ frigescit sed cum expergiscitur, suoque exercet sensus calor expanditur per eius corpus, qui calor ~~eo~~ prius non erat in corpore, atque ita etiam cum animal movetur post quietem ~~permanet~~ excitatur in illius corpore caliditas, quae in illo antea non erat. et ita ~~videtur etiam per tremorem qui fit timoris causa~~ ex tremore apparet, qui ob timorem insurgit, quia eo tempore naturalis calor concentratur in corde, quod hoc ~~demonstrat~~. et quia natura cerebri est opposita huic naturae, ob exuperantiam partis aquatilis et frigoris in illo, ~~et~~ dictum est in 4° meteor. quod frigescere causa est frigus; nam natura non utitur in operatione operationum, nisi secundum accidens, et per secundam intentionem, et per modum aequalitatis. et ~~per symmetriam~~ commensurationem ad calorem naturalem, qui ~~est~~ in hac naturae operatione est particularis. veluti etiam non ex qualibet caliditate fit operatio naturae sed ex ea quae est commensurata in quantitate et qualitate. Manifeste igitur sensui apparet, cerebrum habere aliquam introductionem in ~~mot~~ sensu

et

et motu. sequitur ex hoc Cerebri ~~esse causam~~ concurrere in sensu et motu
secundum secundam intentionem. idq; sua frigiditate innata coequat natura
lem calorem qui est in ~~[illegible]~~ Corde, ~~hoc~~ efficiens eos sensus et motus nobiliores, et perfec
tiones efficiens; nam frigoris munus est ~~[illegible]~~ coequare operam calidita
tis, et eam puram reddere. et caloris [illegible] est calor, munus est sensus
permeare. nomenq; [illegible] et ~~effectus~~ operatio sensuum est, ~~esse~~ consistit in aequalitate hocq; mani
festum apparet in operatione quinq; sensuum; cumq; hoc ita sit, necessarium
est, hunc in modum cerebrum cordi servire in sensu et motu. sed an cerebrum
habeat in hac operatione, quae est operatio aequalitatis, principalitatem supra
reliqua membra, tributam sensui ac motui, ~~quoniam~~ ut possit ~~posse queat~~ transmittere calorem
membris sensus et motus aequaliter, aut non sit in eo hac principalitas,
sed ~~est~~ sit aequalis substantiae ac temperaturae, in quantum ex eo peroritur
nervus in spina medulla, cum in eo non fuerit virtus ~~[illegible]~~ transmitten
di spiritus aequam sensum membris, hoc loco est pervestigandum. Galeno
enim videtur in Anatome omnium ~~membrorum~~ nervorum, in motu et sensu cuius
libet membri membrorum, sensus et motus, quod si alligatur nervus parti
cularis, motus unius particularis membri prohibet, aut sensus particula
ris membri. et ~~cum~~ dissoluto nodo nervi, motus aut sensus huic membro
revertitur, ~~cum [illegible] [illegible]~~ adest (?) huiusmodi novit nervum motus, separatum a nervo sensus,
sicut novit nervum appellatum Algiua per quem fit vox, atq; alia quae in
his libris leguntur; amplius ~~[illegible]~~ in Anatome apparuit illi quod in ventriculo cerebri ~~est~~
spiritus ~~naturalis~~ qui demandatur ~~[illegible]~~ duobus oculorum nervis, qui oculis
conveniunt. ecce quod est necessarium, in illo esse particularem principalitatem.
Aristotelesq; hoc tantum in tribus sensibus verum esse fatetur. at in sensu tac
tus et gustus, quatenus sit sensus tactus et gustus, alias docuimus

non

non dari in eo principalitatem. In universaliq; sermone diximus sensum
tactus non indigere membro instrumentali, nisi ob nobilitatem, aut ne
cessitatem supervenientem ~~animali~~ quibusdam animalibus, qualia sunt ani
malia sanguinea ob eorum caliditatem. Cumq; res hoc modo se habeat, hac
operatio aequalitatis est principalis in cerebro, hocq; animalibus est
necessarium, in tribus sensibus, inquantum sunt animalia trium sensuum.
sed non est necessarium in sensu tactus et gustus, in animalibus quatenus
sint animalia nisi secundum nobilitatem et necessitatem provenientem
aliquibus animalibus, qualia sunt animalia cerebro ac nervis praedi
ta. Hiq; tres sensus praeter tactum et gustum nobiliores existunt. Univer
saliterq; vide quod fuit manifestum Galeno et aliis in anatomia post
tempus Aristotelis de hisce rebus. At operepretium est nos quidem
in Aristotelis verbis ~~sinceriente~~ sinceritate ac perfectione versari de
bere, non quia in verbis Aristotelis sint contradictiones, et mutatio
nes, ut Galenus existimavit, siquidem Aristotelis verba sunt univer
sales demonstrationes desumptae a principiis naturalibus, primis, uni-
versalibus, substantialibus. harumq; demonstrationum proprium est
ut unq; in ipsis aliqua fallacia recipiatur. et in hunc modum inventiones
nostras ~~diffinitiones~~ [rationes] veras ~~dicimus~~ [faciemus]. quoniam nos antiquorum dictis
addimus, atq; ea perfect~~ionem reddimus~~ [faciemus]; ~~quousq;~~ [adeo ut] ad hominem pervenire [possit]
ultima perfectio huius ~~perfectionis~~ [cognitionis?], haecq; est humana felicitas. sed
is, qui via sophistica procedit, aut amore victoriae, aut amore superio
ritatis, aut amore posterioritatis, ut dicatur, antiquos ab eo fuisse
superatos, non habebit in eius verbis aliquam utilitatem, nisi con
troversiam, atq; remotionem ab humana inventione. Ecce declaratum

est

et per hunc sermonem, qua sit utilitas cerebri, et spinalis medullae et nervi. Aristotelesque dicit humanum cerebrum ~~res~~ comparatione aliorum animalium esse maius, ~~et~~ Marisque cerebrum maius esse cerebro faeminae, hominemque ~~ex eo~~ inter caetera animalia ~~esse~~ in hoc particulares habere scilicet eius cerebrum ~~quod~~ esse ~~diametraliter~~ directe ~~per~~ cordi et pulmonibus oppositum. magis esse calidum atque humidum ~~caeteris~~ cerebris aliorum animalium obidque in pueris cerebra in ~~principio~~ ipsorum infantia sunt humidiora atque dum adolescunt, calor humiditatem exsiccat, et ideo puer incedit recto capite, primique pilli ~~exsiccant~~ abeunt, ex omnibusque animalibus recto corpore incedit. quoniam calidi proprium est sursum deferri, siquidem illic est ei naturalis locus, ut in plantis apparet. sed suturae quae sunt in capite sunt propter caput, nam ipsum est sicut fenestra in corpore, et ad ipsum calor ascendit, naturaque in iis suturis hac arte fuit usa, quoniam continuo sanitatis est studiosa

De ossium utilitate

Cap 5^m

Dicamus hactenus demonstratum corpus primum animalis esse carnem, postque ipsa est primum membrum sensibile in primo sensu scilicet tactus. hocque membrum est molle, atque ~~potest~~ poterat substentari, posuit ~~si~~ natura ossa in animalibus habentibus ossa ~~ob~~ substentationem et adhaerentiam carnis propter sanitatem, ob ~~ipsam~~ illius mollitiem. atque ~~ita~~ ac illi qui fingunt ex cera aut alio corpore molli formam cuiuspiam animalis apponunt ceram supra lignum aut aliquam aliam rem firmam, ita etiam fit in Natura. Universali itaque ossium proportio in corpore animato est proportio fundamenti

ad

ad parietem, et ligni supra quod navis conditur, ad navem. hocq sunt ossa spinæ, et aliquorum est proportio sicut est proportio custodiæ, veluti sunt pectus et costæ. naturaq ossis ut ait Aristot. est similis naturæ arteriarum, in hoc, quod quodlibet ipsorum reperitur adhærens alicui articulo de ipsorum genere, ossiumq origo est spina dorsi quemadmodum arteriarum est cor, aut hepar, ut mox dicetur. ossaq reperiuntur inter suos articulos, ita ut una pars alteri est coniuncta. ipsaq sunt ~~coniuncta~~ multa et alligata ob motum rectitudinis et curvationis, atq si ossa unius tantum essent, non ~~esse~~ daretur motus curvitatis, et illorum una pars alteri est alligata ob motum rectitudinis. Amplius nisi invicem ligarentur, in corpore observarentur ~~velut~~ ut spinæ, nisq ossium officio fungerentur, in motu rectitudinis et curvationis. et ob motum et custodiam iuncturarum inveniuntur in quibusdam ossibus manuum et pedum quædam loca ~~convenientia~~ apta ad ~~incastrandum~~ nectendum partem in parte. ~~[illegible]~~ idq est, quoniam eorum aliquod in extremitate est concavum, et alterum rotandum ac eminens ita ut commode ingredi eam concavitatem queat. et unum cetera alligatur ligamentis ob dilatationis; et substentationem. Ex iisq etiam sunt aliqua, quorum ambo extrema sunt concava, in mediumq ~~et~~ aliquid simile calcaneo inijcitur, ut ~~ei~~ in eo fiat motus ~~[illegible]~~ retractionis, dilatationisq. ipsorumq ossa aliqua reperiuntur, quorum extremitates ~~et~~ sunt similes ~~extremitatibus~~ ~~alterius~~ aliorum. in mediumq ~~aliorum~~ ipsorum sunt quædam partes cartilaginosæ ut ~~ett~~ os cum movetur, ictus non eat. universaliterq quælibet particula particularium animalium reperitur ~~[illegible]~~ disposita ut conveniat motui illius particulæ. hocq in uno duorum modorum. aut ut sit impossibile moveri illam particulam, nisi secundum illam dispositionem

positionem, aut ut illius motus iuxta hanc dispositionem fiat
melior, agilior, et levior. At creata sunt ossa, quae ~~ventr~~ alvum
substinent, scilicet costae breves, quarum una illa extremitas non alteri
coniungitur, ut faciunt Costae pectoris. idque factum est ob tumorem ventris
animalis in Cibo, atque ob foetum in mulieribus. ~~N~~ Natura vero ten-
dinis media est inter naturam ossis et Carnis, obidque ~~fiunt~~ facti sunt
tendones in ~~ossi~~ extremitate ossium quorum Carnem habentium, ut ca-
ro dolore non afficiatur, aliquandoque Natura facit Cartilaginem se-
paratam ab osse, sicut est tendo nasi ~~[illegible]~~ aurisque. quoniam opus fuit
ut Corpus Construi, quod esset medium inter duritiem ossis, et mollitiem
Carnis, ~~nisi~~ atque Nisi esset os nasi Cartilaginosum non perficeret suam
operationem in respiratione. Haec quod ossa reperiuntur in Corpo-
re animalis ob hanc hanc utilitatem et ob necessitatem partis
terreae, quae in illo reperitur, particulatim ~~praetereaque~~ in animalibus magnae sta-
turae, et quae pariunt animalia ~~sic~~ ut ipsa existunt, quoniam quo ma-
ior animal est Corpore, ~~tanto~~ tanto maior est pars terrea, quae est i[n]
illo. ipsius existentia ~~requirit~~ indiget magno subst...
ratur foetus tempore, quo utero geritu...
niuntur proportionata quantitate suorum ...
ipsorum, scilicet magnitudine duritie et ...
exuperat est ex genere animalis parientis animal, illi ...
illud in magnitudine sequitur animal ovificans. idcirco in pisc...
spinae loco ossium, ~~sit~~ sed Delfinus habet ossa loco spinarum quoniam ipse
generat animal ut ipse est. et quoniam maris robur indiget operationibus

robustioribus ideo ~~viri~~ ossa ~~sunt~~ illius sunt robustiora ossibus fœminæ. ~~et~~

generis animalis rapacis sunt ~~fo~~ ~~fortiora~~ duriora et fortiora ossibus

alterius generis, ob ~~m~~ vim rapacitatis, quæ est necessaria ipsorum vitæ

adeo ut dicatur de ossibus Leonis, quod unum ipsorum in altero percusso ign[is]

emittitur, sicut ex Lapidibus ob ipsorum duritiem, hacque est Conclusio

utilitatis ossium in animalibus ossa habentibus. sed animali os non

habenti, id natura posuit, quod est loco ossis, quodque ossis ~~fungitur~~ officium; sicu[t]

spinæ quæ sunt in piscibus, et tendones qui ~~sunt~~ stant loco spinarum sunt in quibusdam animalib[us]

In Aliquibusque etiam animalibus natura posuit ossa extra Corpora eorum, ut Cust[o]

diantur, velut sunt animalia quæ habent Carnem mollem, et Crustam dura[m]

quoniam huiusmodi animalia sunt frigidæ ~~com~~ Complexionis ob defectum sanguinis,

atque Caro ipsorum est mollis; idcirco natura posuit ~~in~~ illis ossa extra duplic[em]

ob utilitatem, quarum una est, ut Conservetur naturalis Calor, ne ~~Congre~~

~~Colliquetur~~ prærius debilitate ab externa Caliditate Colliquescat. secunda uti

litas est, ut hæc ossa sint veluti Clipeum in occursu rerum externarum, siquide[m]

nisi hoc esset, Cito Corrumperentur ab externis rebus, præmollitie et debili

tate Carnis. At animalia quæ non habent ossa, ob paucitatem partis terre[stris]

[missing] natura fecit ipsorum Corpora dura verum ~~in duo molli~~

[missing] e[t] [o]ssium duritiem sunt media. ~~et~~ sicque in animalib[us]

[missing] tione natura ~~posuit~~ fecit eorum Corpora ad molli

[missing] ideoque ~~est~~, fit ~~ob Constrictionem~~ ut in ipsis sic

[missing] nis: etsi ~~hæc~~ huiusmodi Corpora animalium essent

[missing] rosa Cito Corrumperentur, idcirco natura fecit Carnem

[missing] animalibus, in hac ~~media~~ forma inter nervum, et Carnem, media.

ideoque dum Conteritur in ~~partes minutas~~ non separatur in fractiones aqua

es, sed in rotundas. At Animal (quod Græci appellant salas, creatur [in]

spinis

PROSPERI ALPINI MEDICI MAROSTICENSIS DE MEDICINA ÆGIPTIO ~ RUM LIBER PRIMUS ~

De foelici reditu in patriam congratulatio, causaq itineris narratio.

PROEMIUM

GUILAND. ALPIN.

Gratulor summopere Alpine te ex Ægypto tandem incolumē Patauium rediisse; quando maximum esse existimem, hominem multas, quas longissima itinera ferunt, molestias, crebrioraq & grandiora simul pericula à uaria illiusce gentis barbarie sibi sæpe oblata, superasse, in patriamq saluum omnino reuersum fuisse: quem tui reditum in patriam haud parum difficilem facere debuissent uaria illius regionis locorum natura, coeliq calores à quibus nostra corpora diuerso assueta coelo multum alterantur, atq læduntur. Quamobrem gaudeo certe maximopere atque iterum gaudeo, quod nunc te saluum huc denuo contuleris, mihiq ita hilarem te nunc obtuleris. ALPIN. Atq ego etiam ingenti gaudio perfundor, quod te uirum doctissimum miram ob tuam doctrinam uniuersis litterarum professoribus & principibus multis acceptissimum inuenerim in hac præclarissima studiorum urbe optima ualetudine tuis studiis fruentem, præ gaudioq tanti tui boni

&

A

ex præ uoluptate quasi quid loquar nescio. Gratias uero ma[ximas]
qu[as] possum tibi nunc ago, quod ex meo reditu tantum gaudij acce
peris, meiq; tantum memineris: quem totum qualiscumq; sim me
tibi ~~exanimo~~ bono animo offero, atq; uoueo. GVILAND. Hæc omit
tamus: cum utriusq; animus mutui perfectiq; amoris nostri signa
hactenus non obscura habuerit, neq; nostram amicitiam maiori
uinculo egere existimo; etsi ~~nunc operam~~ dares tuum amorem,
ut mihi rursum ostenderes, cum proculdubio suspectum mihi
efficeres. Sed age dic mihi quæso, quid tu tandiu in Aegypto fe-
cisti, quibus ue studijs animum toto eo tempore oblectasti? Neq;
enim te eum esse arbitror, qui non egregium aliquod, nobileq; stu-
dium sis prosecutus: quando credendum est, plurimas, easdemq;
pulcherrimas tibi non defuisse occasiones quibus aliquid te ipso di
gnum in re medica meditari posses. ALPIN. Quid facerem ociosus
toto eo tempore in Aegypto? nisi apud Aegyptios qualis nam
exerceretur medicina, atq; etiam quales nam plantæ in eo solo
nascerentur dignoscere operam darem; maximeq; ne diceretur
noctu me Aegyptũ petijsse. Illo itaq; tempore ibi semper publice
medicinam exercendo, apud illos medendi usitatũ modum ani-
maduertere studui, atq; non minus Aegyptiorum Aegyptias plantas obseruare.
Quod uero etiam temporis mihi supererat ab hoc studio, et
ab ægrotorum curis, consumabam, ut tu scis in opere de præsa
gio medicorum multis iam ab hinc annis à me incepto.
GVILAND. Recte sanè fecisti, sed ne graue tibi sit quæso,
causam mihi referre, cur in Aegyptum proficisci uoluisti.
ALPIN. Mihi ferè à natiuitate hæc fuit sententia, quippe ne
minem posse perfectum medicum esse, qui uarias regiones, et

loca,

loca, non peragrauerit, diuersosq. hominum mores non obseruauerit.
Atq. hoc dixerim pace illorum, qui instar urbium nunquam nidos su-
os deserunt, neq. ab his passibus recedunt. Varia etenim regiones
uarios tum morbos patiuntur, tum medicinas ferunt ad persa-
nandos accommodatas: atq. etiam uarij medendi usus in uarijs
locis obseruantur, quorum cognitione medicus fit prudentior et
doctior. Qua sententia, ut dixi, ductus, probeq. adhortatus,
suasusq., ut si in arte cuperem aliquid proficere, mundi partem
aliquam peragrarem, uariosq. morbos in uarijs nascentes locis,
diuersasq. medicinas, ac plantas, quæ ibi nascerentur ad ipsorum
curationem, uariosq. usus medendi apud uarios populos affec-
tatos obseruarem, atq. cognoscerem; Cum itaq. publice tunc
medicinam facerem in proximo Oppido Campi S. Petri aliquo
remotius magis abeundum existimaui, atq. in hac multum
sententia persitti, sed quorsum melius esset proficisci, igno-
rabam. Verum mihi de itinere ancipiti Deus O.M. optatissi-
mam occasionem præstitit, ut in Aegyptum proficiscerer me-
dicus cum Clariss. Georgio Hemo, qui illo tempore à Sereniss.
foelicissimaq. Veneta republica consul in ea prouincia fuerat
electus. Ad hoc iter etiam me multum adhortatus est Francis-
cus Alpinus medicus pater charissimus. Tandemq. in eam ueni
sententiam, ut mihi quam facile eo eundi, sententia accommoda-
retur. proinde accepi conditionem ac me tunc ad iter hilari ani-
mo paraui. GVILAND. Quoniam uirtus laudata crescit, non
pudebit me hoc te presente dicere, peraugendam fore tuorum
studiorum laudem, ac peritiam, ob hanc tui animi non uulgarē
nobilitatem, qui hanc peregrinationem sciendi gratia ita probè

fueris

fueris prosecutus; sed istæc ~~missa faciamus~~ omittamus: Ego sanè
cupio hisce omnibus diebus, quibus Patauij es commoraturus aliqd
tecum loqui de Aegyptiorum medicina, deq; Aegyptijs plantis.
spero etenim non parum volupt[atis] ex his sermonibus nos acceptu
ros, idcirco te nunc rogo ne pigeat in his æstiuis caloribus
sub umbris suauissimis huiusce viridarij mecum de his loqui. ALPIN.
Dabo equidem operam libentissime, conaborq; non in hac re soli
sed sanè in alijs omnibus tuæ voluntati, quo potero magis mo-
rem gerere, quanq; nullam unquam meritorum tuorum partem ego assequi
valeam, idcirco tibi nunc satisfaciam, idq; faciam libentius, quod
plurimum emolumenti me sperem ex hac nostra collocutione pro
tua doctrina, et humanitate consecuturum. sed quæso quo or-
dine vis incipiam atq; perficiam. GVILAND. Initium faceres vellē
ac diceres itineris accidentia, et mox Aegyptum adires eiusq; cæli
qualitates, corpora, morbos, medicinam, plantas probo ordine
narrares. ALPIN. Id faciam, sed nunc conspicimus solem ad occa-
sum accedentem flammeo plusquam assolet fulgore nitescentem, in-
dicium fortasse magni futuræ diei caloris æstus, ideo in proximā
apparentem auroram principium sermonis huius prorogabimus:
Ipsaq; fulgescente Philumena cantibus suauissimis auditum, et ocu-
los herbarum, florum, frondiumq; amœnitate, animumq; aura matu-
tina recreantes initium loquendi faciemus. GVILAND. Rectè di-
cis, sed tu fortassè dum Philumena cantu suas nobis elapsas
miserias manifestabit, itidem et tu pericula in Aegyptum eun-
do qualia pertulisti, narrabis, nam cupio priori loco ~~ex te~~
iter qualecunq; tibi obtigerit, audire.

Iter longissimum, quod sex mensibus grauioribus tempesta-
tibus maris nauigatione peractum est.

Cap. I

GVIL. ALPIN.

Aurora nunc clarissima suadente, dulciq; auium cantu, au-
raq; matutina florum variorum suauissimos odores spiran-
te, optimum erit sub hac Platano in amenissimo hoc ui-
ridarij ~~recessu~~ nunc consedere, & principium facere nostris
sermonibus. in primisq; expecto nunc iter tuum, ut referas.
sed te loquendi principium facere nunc melius est. ALPIN.
Anno à Virginis beatissimæ partu MDLXXX. Septembri men-
se nauim Piscatoram appellatam conscendi unà cum
Georgio Hemo consule electo pro Cayro Aegypti, uiro
sanè pro sua ipsius humanitate animiq; integritate cla-
rissimo: quibus in consulatu ita se gessit, ut cuiq; cha-
rissimus fuerit, & illius discessum ab Aegypto non mo-
do ueneti mercatores, sed uel ipsi Aegyptij ægrè tulisse,
atq; adeo luxisse, uisi sint. Itaq; soluta naui datisq;
uelis Zacynthum secundis uentis mare hilari animo sul-
cantes paucis diebus peruenimus, portumq; ingressi
sumus. Vnde digressis non ita ex uoto reliqua naui-
gatio successit, quando paulo post ita à ualidissimis
procellis, tempestatibusq; agitari turbariq; cepimus, mare furore agitato,
ut tu facile dixisses nobis euenisse, quod Ouidius cecinit:

Nauita

Nauita sollicitus quoq; uentos horret iniquos
Et propè tam letum, quam propè cernit aquam.
Quod si concussas Triton exasperat undas
Qui tibi nunc toto est, nullus in ore color.
Tu fœcunda uoces generosi sydera ledæ,
Et foelix dicas quem sua terra tenet.

Cœpit enim nocte diei decimi septimi mensis ~~Septembris~~ Octobris, quem diem omnes nautæ stellarem, ut ita dicam, appellant, uentus Helespontius ita contra nos insæuire, atq; tempestuose perflare, ut coacti fuerint nautæ nauim retrogredi sinere: qui pertimentes ab Aphricis uentis, ne eo temporis, quo ij sæpe flare solent, ut creberrimis, grandioribusq; procellis mare subuertant, nauis in solum ab his portaretur, naufragiumq; fieret, per eosdem Aphricos uentos iter direxerunt: quo sanè ita directo itinere nauis in uastissimum mare procellose ab Helespontio uento, quem Græcum Orientalem appellant, raptim ferebatur, ita, ut à terra semper magis magisq; ipsa elongaretur, nostroq; iudicio et prognostico decepti sumus, quando speraremus citò exortu eum uentum finitum iri, ab eoq; rursum nostrum iter, quod per circium uentum fuerat, citò recepturi, ~~at nos longe omnes spes nostra decepit~~, siquidem prior uentus non ita citò, ut sperabamus, cessauit, sed multo magis tanta

tempestate

tempestate, ac furore contra nos perauctus nobis ita saeue minari cœpit, nosq́ perterrefacere, ut coacti fuerimus nauim uelis omnino nudatam per altum sinere quomodo libet ab ijs procellosis, impetuosissimis sumersionem nostris oculis millies in hora ostendentibus uentis comportari, atq ab his absq ullo regimine in uastissimo pelago nunc ab hac unda, nunc ab illa nobis continuo exitũ sumersione offerente, ad libitum agitari, pelliq́ impetuosissime. Atq hac horrenda tempestas ad diem usq uigesimum secundum protendebatur, cum tanto nostrorum omnium timore, ut nemo se posse ab ea tempestate saluari sperauerit. Quamobrem uniuerso eo tempestatis tempore, nos animos nostros misericordi Deo commendates mortem certò expectabamus; et si quando nauim abunda maris agitari sentiebamus mortem esse, qua nos uellet pro certo habebamus. Quod nostram aliquantulum demulcebat miseriam, erat Lucretius, qui hac dixit:

Certa quidem finis uita mortalibus adstat,
Nec uitari lethum pote quin obeamus.

Atq hoc etiam, quod nos non modo, sed omnes alij, etsi imperent uniuerso terrarum orbi, morituri sunt: quibus quidem mors grauior esse deberet. Nobisq́ admodum ex nauis assiduo motu debilioribus factis hac spei superat,

pererat,

ut mitius moriremur, ~~ut Ouidius cecinit~~: Nam,

Mitius ille perit subita qui mergitur unda,
Quàm sua, qui liquidis brachia lassat aquis.

Placuit tamen misericordi Deo ne ab ea tempestate moriremur, quinimo magis, ut fortasse ob aliquam rem etiam uiueremus, horrendissimamq. ac summe exitiosam illam procellam superaremus: Cui quas possum maiores nunc gratias, ago ac referam, qui sua misericordia, ac pietate me incolumem ab ea tempestate uindicauerit, atq. seruauerit. Die igitur uigesimo secundo mensis Octobris aurora lucescente, quando obrui à mare expectabamus ad corcirę eam partem peruenimus, quam Fanò appellant, uentis omnino absorptis. Et paulo post Zephiri placida aura spirante insulę canale ingressi fuimus, summa omnium uoluptate, ac gaudio. Atq. ad Merleras appellatum portum applicuimus: subitoq. sanctum locum, quē Santiquaranta uocant, propè Merleras positum unanimiter, atq. summa omnium lætitia humanissimè amplexati fuimus. Deoq. Optimo Maximo gratias, quas potuimus maiores omnes uno ore nautarū more acclamantes, egimus, qui nos à tanto maris periculo liberarit. Alteraq. die in aurora alium in portum parum à priori distantē uenimus, atq. ab eo Corcyram; in qua per diem moram

traximus

traximus; et mox postridie Septentrionali exorto uento ~~uer-
sus Orientem~~ ab eius portu digressi summus; cessanti ~~uē~~
uero illo non multò post in portum apud Gomenizzas
accedimus. Ac rursus cum eodem uento uersus Orientem
nauigaremus in arenosas Syrtes nauis nostra ~~inde~~ incidit,
ex quibus naufragium ualde pertimuimus, Dei tamen beni-
gnitate nihil mali ab eo casu habitum est. Contrarijs ue-
ro nostro itineri uentis diu perseuerantibus, simul cum lar-
gissimis pluuijs, magnisq; imbribus, quibus quidem Corcyra
ob situm in anno sex mensibus exuperat, atq; alijs sex ca-
lore et siccitate exuritur. Porrò hoc in adagio dicitur
Corcyrenses sex in anno mensibus obrui, et alijs sex exuri.
Ab assiduis ijs pluuijs simul cum Aphricis, Meridionalibus,
Eeuris, Subsolanis, Helespontijsq; uentis perseuerantibus
coacti sumus in Corcyra portum redire, ac nos ibi saluare.
Corcyra igitur usq; ad Domini natiuitatem permansimus,
cuius dici festiuitate deuote seruata, altera die orto Sole
triremi nostra naui è portu deducta, uela uentis dedimus,
eodemq; die Paxò circa Meridiem Fauonio leniter per-
flante uidimus; quo ita ~~plane~~ leniter, spirante propè Cephalo
niam portati, cepimus ab Aparctia impetuose exorto uelo-
cissime Orientem uersus portari, atq; ita, ut altera die cum
Aurora illuxisset Zacynthum rursum uiderimus. Noctesq;

cum

cum magna omnium eam urbem accolentium admiratione
portum ibi ingressi sumus. Mox naui egressi quamprimū
templum beatissimæ Virginis uisitauimus: Reuerendiq; eius
templi patres nobis retulerunt elapsa in priori nostra illa
tempestate cum nos omnes pro certo habuissent à mare
absumptos diuina officia solemniter cantasse. In ea
uero insula per totum Ianuarium mensem commorati-
mus. Et die tertio sequentis mensis ab eo portu discess-
simus, ac meliori fortuna iter nostrum recepimus, atq;
per diem ante Cineres in portum Sudæ fortissimi pro-
pugnaculi Cretæ insulæ peruenimus, et ibi peractis quinq;
diebus portum Fraschiam appellatum, qui ab urbe Creta
decem mille passibus distat, inuasimus. Multi ex Cre-
tensibus, qui pro certo audiuerant, habuerantq; nostrā
nauim mense Octobri à mare absorptam fuisse, simulq;
cum ea aliquot Cretenses, nobiscum nauigantes, nos-
tro aduentu tanto gauisi sunt gaudio, ut ipsorum
lætitiam tum multam esse, tum multis maximā esse uo-
luptatis, pulsibus campanarū in templis sonis per multos
dies publice factis, manifestarent. Ubi uero multis die-
bus Cretæ moram traximus incipiente mense Martio
ut nostro longissimo itineri finem tandem imponeremus
uela rursum uentis dedimus, in altumq; nauim à Circio

uento

uento, qui leniter spirabat, comportari siniuimus. Caeterum tertia die Austrinis uentis rursum procellose e portis retro gressi in portum Standiam applicuimus, ab eaq. noua procella salui fuimus. Distat et his portus ab urbe decem mille passibus. ibiq. tribus peractis diebus orto Sole ab eo portu nauim soluimus, ab Agrestiq. uento, et Fauonio impetuosissime spirantibus mare Mediteraneum ingredimur, perq. ipsum ita procellose nauigantes duobus diebus tantum Alexandriam procul inspeximus, maximoq. omnium gaudio iter nostrum tunc finem habiturum sperauimus. Neq. nos nostra decepisset sententia, si ille uentus non modo omnem subito furorem dimisisset, at pene omnino siluisset. Mare etenim, quam cito uentis omnino caruit, adeoq. siluit, ut nauis ulterius portari ab ipso non potuerit; ob maximam eius tranquillitatem, à qua ualde pertimuimus, ne ab ipsa alia aduersa tempestas nos inuaderet, nostriq. itineris finem, quem oculis prospiciebamus, prohiberet, nobis alia grauiora maris pericula afferens. At Deus, cui displicebat aliarum tempestatum nos periculū amplius facere infinita sua ductus erga nos pietate, tandem Alexandriā in portum perduxit; finemq. longissimā nostrā nauigationi, quā sex mensibus est peracta, tradidit.

Cui

Cui gratias quo potuimus eo tempore maiores egimus.
Die igitur decimo septimo Martij nostra nauis triremi
praefecti Alexandriae, quem Sangiacob appellant, in portu
deducta est. In hunc[que] modum mi Guilandine doctissi-
me iter meum Aegypti factum est longissimum, ita, ut à
nostris omnibus multo odio haberetur. Nauim igitur
eggressi Alexandriam olim praeclarissimam urbem in-
gressi sumus. In qua usq[ue] ad Iulium mensem ob saeuis-
simam pestilentiam Cayrum atrocissime tunc deuas-
tantem, mansibus. Cuius sanè mensis septima die
per Nilum flumen nauigantes Cayrum peruenimus.
Iterq[ue] nostrum undecim mensibus peractum est.

De plantis per iter uariis in locis obseruatis.
Cap. 2.m

GUILANDINUS ALPINUS

Omnia certè maris itinera summe periculosa experiuntur,
quando nauigantium uita, quod proxima mari sit, proxima
~~ma~~ semp[er] exitio, obseruetur, atq[ue] etiam, quod spes prosperi itine-
ris in aeris inconstantissimâ naturâ referatur: sed quae
in fastidiosissimo tuo itinere sustulisti miseriam osten-
dunt. Verum ne te pigeat hoc atq[ue] illa pericula passum
fuisse, nam ut Virgilius cecinit ~~[illegible]~~.

Forsam

Forsan hæc olim meminisse iuvabit,
~~Per varios casus, per tot discrimina rerum~~
~~Tendimus in Latium.~~

Summè certè iocundum esse existimo hominem posse dicere hæc atq illa sum passus, nam eventuum eorum memoria hominem efficit prudentiorem, ac ad ferendos æquo animo malos casus, mundiq huius miseriam faciliorem. Qua sanè sola cognitione quisq potest cognoscere, hominibus ~~in hoc~~ huius mundi bruta animalia esse beatiora, ut etiã certè credatur, atq dignoscatur alium esse locum hominis foelicitatis ac beatitudinis, quod ille potius miseriarum ac ~~infelicit~~ infelicitatis homini sit occasio. Sed hæc missa faciamus: Cupio priusq sermo noster ulterius progrediatur, ut plantas, quas per iter vidisti, narrare non te pigeat. ALPIN. Te non ignorare certò scio parum mihi in itinere temporis fuisse ad observandas plãtas, sed quas viderim tibi dicere non recusabo; idq ~~li~~ libenter faciam. Primo itaq memini me Corcyræ in hortu antiqpropugnaculi plantam Rhabarbari vidisse, quam dux quidam militum ex navi Syria illuc advecta, habuerat: qui eam à viro Persa Trypolim fuisse asportatam affirmabat. Hæc planta respondet ~~a~~ omnino Rhabarbari figuræ ab Andrea Matthiolo descriptæ

preterquam

praeterquam, quod ipsa folijs angustioribus, acutioribusq́; constat ipsis herbā Reginā siue Tabaci indi ualde similibus. In hac eademq́; insula experi radices longas ualde odoratas uidi, odore Aegyptijs minime inferiores. Amplius Chamedrios plantam uidi arboream altitudinē trium usq́; cubitorum folijs magnis admodumq́; odoratis. Locus ubi ipsa nascitur est scopulus parum distans à Butintro. Et Zacynthi oxalidem, quā pharmacopolę ad medicinā usum utebantur inspexi, folijs omnino ab italica oxalide diuersam. Exilis enim est herba, crassis folijs rotundis parumq́; oblongis maxime Calthę foliorum ęmulos, sapore acido non secus quàm nostra gustum ferit. Flores non uidi, neq́; semina. Acaciam quoq́; secundum Matthęoli ibi obseruaui, quę folijs et floribus minori ag anagyridi est uisa mihi similis est uisa folia floresq́;, quos mense Februario inspexi aspero sapore linguam feriebant. Aliud noui in hac insula, quod mihi fuit iocundissimū, scilicet Smilacem asperam esse ueram salsamparillam, qua medici utuntur ad pellendā luem gallicam. GVILAND. Copiosissime hęc planta etiam in Italia nascitur, idcirco nouum te uidisse non est dicendum. ALPIN. Verum dicis, atq́; ego sępe eam uideram, sed semper anceps fui, utrum esset salsa parilla, uel non, et cum ipsam in hac quoq́; insula uidissem clare noui ipsā

esse

esse proculdubio salsaparillam. GVILAND. Cur nam in Italia ea cum eandem illam plantam videris, eiusdem non fuisti sententiae, ut esset Salsaparillae. ALOY. Quoniam italica atque etiam quam Corcyrae videram, exiles admodum, et breves, capillaresque radices habebat. Atque ea, quam Zacynthi observavi longas, crassas asportatis Hyspania salsaparillae radicibus omnino similes, et hoc quonam pacto noverim tibi nunc referam. Ego enim, ut ocium nostri itineris evitarem, forte fortuna collem illius insulae perreptans in valle ad sepem oculos dimoveram et hi sepem multis asperis smilacibus contextam, cuius radicibus omnibus terram omnem impetuosa torrentis aqua abduxerat, atque ita exemerat, ut illarum plantarum sepem texentium omnes radices non secus quam venae arteriae et nervi humani corporis à carne separati apparerent, nudae conspicerentur. Smilacisque asperae longos sanè serpentes immitatae, alijsque radicibus obvolutae magna longitudine atque crassitie mihi apparerent. Ut aliquas radices inspexerim trium quatuorque cubitorum longitudine et crassitie communibus radicibus salsaparillae similes. Propterea que eam plantam vere Salsaparillam esse diiudicaverim. Atque dum sic cum alijs, qui unà mecum aderant, considero, augurium accessit opportunissimum. Nam ex transeunte Graeco homine eius loci accola atque agricola, peto quomodo ibi ea planta appellaretur,

qui

qui respondit Smilachyam appellari, eamq in usum apud ipsos esse pro curando gallico morbo. His dictis magis considerare sedulo incipio omnes eius plantæ radices, quas uideo longissimas et crassas, atq eadem substantia, qua constant radices salsæ parillæ, eodemq sapore; colligo uerã esse eorum sententiam qui smilacem asperam esse salsã parillam affirmant. Pharmacopola eius loci multum lucri se fecisse hac radice nobis affirmauit, quum multos fasces harum radicum alia in loca mittebat, quæ pro uera salsa parilla uendebantur. Hoc officio clam fungebatur, eam plantam ne alij discerent. Addo Cayri me in Hyspaniã salsæ parillæ fascibus uidisse frustra radicis nodosæ smilacis asperæ, à quibus radices, quibus utimur, exeunt, atq cum ijsdem tum folijs, tum ramulis spinosis, ita, ut nemo, qui uidisset eos fasces salsæ parillæ, et simul asperæ smilacis, posset denegare esse asperam hanc smilacem salsam parillam, et non speciem salsæ parillæ, ut uidetur Matthæolus atq alij affirmasse. GVILAND. Placuit mihi te nouisse hanc ueritatem de smilace aspera, cuius qdẽ sententiæ non solum me esse, sed plerosq etiam alios fuisse tibi persuasum uelim, atq in primis Gabrielem Faloppium herbarum materiæ ~~peritissimum~~ doctissimum, qui in libello de morbo gallico in capite de salsaparilla hæc scripsit.

" Scripsit: Alias credebam esse radicem Ebuli, et perstiti in ea
" sententia plurimis diebus donec Hispanus ad Ducem Floretiæ
" integram apportauit plantam, et hinc patuit error meus, et
" uidi esse radicem smilacis asperæ de qua Dio. conder libi 4
" et scriptores antiqui mentionem fecere. Quod magis con
" firmaui experientia, nam cum in monte Sancti Iuliani Pisis
" uidissem smilacem asperam, curaui effodiendam, et semper usus
" sum loco salsæ parillæ, et per biennium illud, quo ibi fui semper
" cum foelici successu plurimos à lue gallica liberaui. quam
" sanè sententiam confirmat Amatus Lusitanus medicus quis
Hebreus non spernendus in libro quto suarū Cent. quare te Cent.ª X
hac de re enchi non oportet, quando alij ante te eam nouc
rint, sed quo nam pacto asserere possimus eius insulæ smi-
lacem uelle salsamparillam delineatam demonstrare, et non
eam, quæ in Italia nascitur? Arbitror ego hoc fieri terræ,
quam serpit differentia, nam in duro solo sicco, ac squalido
effosam asperam smilacem uidebimus habere radices paruio-
res, salsaparilla, atq in mollissimo solo, quod commode que-
ant omnes radices serpere, longiores salsaq. radicibus
omnino similes. Ea enim smilacis asperæ planta, quam
in ea insula olim cum ea loca perepetarem, uidi solo mol-
lissimo, optimo ac humido nutriebatur. ob quam rem
mirum non est, si radicibus longis, crassis inuenta est.

quæ

quæ eadem in omni cuius uis regionis solo mollissimo, per quod facile radices progrediuntur, observabitur: quemadmodum in omni sicco duro nequeuntibus ad libitum duricie impediente radicibus progredi, smilax aspera radicibus brevioribus, ac tenuioribus apparebit; quales ego uidi in Zacynthi, insulæ, Corcyræ, et Cretæ locis saxosis, ac durioribus. Addo multos falli in cognoscenda Salsaparilla in planta smilacis asperæ, haud omnes smilacis radices, salsæq. parillæ recte animaduertentes: Nanq. in smilace aspera duæ radicum differentiæ observantur, cum ipsa primo plantæ stipiti coniunctas radices habeat, albas rotundas, nodosas digiti magnitudine crassas; ut cannæ et acori radices nodosæ atq. articulatæ cernuntur. quæ sane radices non admodũ longæ cernuntur. Alias mox etiam ab his hæc planta habet radices paruas, longas, rotundas, similes salsæparillæ radicibus; quæ diversæ à primis nascuntur, et perinde ac capillamenta in solo duro atq. aspero à primarum radicum nodis procedunt. quæ capillares radices in molli solo longissimæ crescunt fiunt; Hæc quoq. radicum differentia in salsæparillæ planta reperitur, ita, ut quæq. planta habeat primas radices albas nodosas digiti crassitie ferè observatas; et mox habeat alias multas radices à nodis primarũ radicum exeuntes longas, graciles, æquales, non nodosas: quæ pro medicinæ

usu

usu laudantur. Qui igitur negant smilacem asperam esse
salsam parillam, dicunt radices esse inuicem differentes,
forma, et magnitudine; Forma quia smilacis solum pri-
mas radices considerantes, quæ albæ nodosæ, crassæ ac
breues existunt illisq; secundas radices, longas non nodo-
sas, graciles comparant, et uidentes eas forma atq; magni
tudine interse multū differre, negant esse salsam parillā.
Dicunt enim smilacis radices esse crassas, breues, et sal
sæ parillæ graciles, et oblongas. Errant quidem isti, nam
non recte comparant radices, quoniam si radices salsæ pa
rillæ graciles longas, quæ sunt secundæ radices, non primis
radicibus crassioribus, nodosis, atq; breuioribus, sed se-
cundis, à nodis primarum radicum exorientibus, comparassent,
proculdubio nullam reperiissent differentiam. Atq; si quo
ad magnitudinem dicerent, quod smilacis radices se-
cundæ breuiores et graciliores sint radicibus salsæ pa-
rillæ, id soli terræue, in qua nascuntur mollitiei uel duri-
tiei ratione efficitur. In duro enim solo non possunt ~~ea~~
crescere, ut in molli radicibus cedente faciunt. ALPIN.
Vera omnino loqueris, omniaq; hæc à te dicta, oculatim
in Zacynthi insula inspexi, ac sedulo obseruaui. Et hæc
ueritas satis clara apparebit ex inspectione plantæ hu-
ius smilacis asperæ Zacynthiæ, quæ omnino utrasq; ra

dices

radices tum nodosas crassa breues, atq alias longas gra-
ciles ab ipsis nascentes, pictas ostendit.



Sed cur non cesso tuas hac de re amplius aures obtundere,
cum prolixitate sermonis tibi nunc esse fastidio timeam:
GVILAND. Perge igitur alias plantas enarrare, quando nobis
nihil dubij ~~sit~~ relictum sit, quin credamus asperam smilacem
esse ueram salsam parillam. ALPIN. In insula Cretá etiam alias
plantas me uidisse memini. Vidi enim in primis ueram Thym-
bram, Epithimum, Marum, Ladanum, Aspalatum, atq Styracem.
Thymbra est planta similis Thymo ramulis duris, lignosis, folijs
thymo latioribus, asperioribus, durioribus herbaceo colore
non ordinatim, ut scripserat Matthæolus nascentibus; neque
ab his alia folia parua nascuntur. Hincq plantam à Mattheo
lo descriptam ac pro thymbra ~~pictam~~ secunda depictam falsã
esse existimo. Cum thymbram secundã in eadem insula ui-
derim

uiderim cum epythymbro ab ipsa admodũ differentem. Epythimum
uero in loco eius insulæ Fraschia dicto cuscutæ modo thymo thy-
mo, thymbris, atq; alijs plantis alligatum et obuolutum re
peri. Atq; hinc falsum esse duas esse epythimi species dignoui,
scilicet unam esse thymi florem, alteram capillarem hanc her-
bam cuscutæ æmulam. Epythimũ namq; nigram bilem purgare
omnes medici affirmant, thymi uero flores id posse nemo
dicet. Aliqui ex Cretensibus aiunt epythimũ atq; epythimbrũ
purgare sanguinem calore adustum, multosq; diuerse diffe
rentes morbos ab illius herbæ capillaris supra uarias
differentesq; plantas uia reperta usu curari. Nam quæ su
pra origanum alligata colligitur morbis omnibus purgatiõe
conducere asserunt, quibus origanum per sesolum succurre
re aiunt. Atq; ita in alijs omnibus plantis repertam atq; ab
ijs collectam uim habere purgandi humores, à quibus humo
ribus ortis morbis hæ plantæ uim habent succurendi. Marũ
apud nonnullos Cretenses uidi, quæ planta nostro amaraco
omnino est similis, quanq; gracilioribus, exilioribus, asperio-
ribusq; folijs ipsa constet; at multo odoratior est amaraco
nostro. Plantam à qua ladanum Cretenses colligunt omni-
no differentem ab ea quam depinxit Matthiolus perspexi.
Nanq; hæc simillima cysto fœminæ cernitur. Folijs enim
cysto longioribus constat, syluestris saluiæ folijs similibus.

Flores

Flores fert rosis syluestribus similes roreiq; itidem coloris etiam
à Cysto foemina florum tantù magnitudine differt. GVILAND. Plan-
ta Matthioli pro Ladano picta omnino est diuersa à uera, folijs
floribus, ac seminibus. Deceptusq; ipse fuit Dioscoridis uerbis
Dioscoridis dicentis esse, Cystigenus ladanum Cysti genus lon-
gioribus folijs constans, et nigrioribus, quae sane nota in
planta, ex qua Cretenses colligunt Ladanum, omnes dictae ad
unguem obseruantur; Nam haec planta omnino Cysto foe-
minae est similis, quando ijsdem tum folijs, tum floribus ob-
seruetur sed Cysti foeminae maioribus tum folijs, tum flori-
bus. ALPIN. Aspalathum copiosissime in ea insula prope
portum Traschbia nascentem, florentemq; uidi: odorisq;
ex multis eius floribus suauitas fuit in causa, ut ipsum
nouerim. Estq; planta arbustus spinis horridus cortice
albo crescens altitudine duorum uel usq; trium cubitorum.
Flores fert multos paruos aureos suaue odoratos spar-
thij floribus persimiles summeq; odoratos. Multas ar-
bores huius plantae styracis ibi uidi prope nonnullos fontium
riuulos nascentes. Haec obiter tibi narrata sint de plan-
tis, quas per iter obseruauerim. GVILAND. Satius est, ut
Aegyptum te transferas atq; de eius loci medicina iam
disseras. ALPIN. Antequam de medicina Aegyptiorum loqui
incipiamus, melius erit, ut prius de ipsorum Caeli qualitate

corporumq;

corporumq temperamento, habitu, victu, deq morbis ~~Ae-~~ ~~gyptijs~~ ipsis familiaribus verba faciamus. His namq omnibus recte praeauditis ad illorum ~~mox~~ medicinae narrationem mox promptius accedere poterimus. GVILAND. Recte ~~dicis~~ proinde sequere quid vis praenarrare, incipiens.

De Aegypti situ atq aeris temperie.

Cap. 3m.

GVILANDINVS, ALPINVS.

Iam pervenisti in primarias Aegypti urbes Alexandriam scilicet atq Cayrum, quam urbem cum mense Iulio adiveris dubio te sensisse quales nam ibi essent aestivi calores. ALPIN. Alexandriam ineunte vere veni caelo satis temperato existente, quo tempore primo florentes palmas inspexi, atq aer eius loci toto eo tempore, quo ibi ob saevientem Cayri pestilentiam moram traximus, minime calore mihi unquam fuit molestus. quando, ut te certo meminere arbitror, ubi olim eam urbem ~~tu~~ videris, aerem ob sibi proximum mare, non multum incalescere, qui ab illius frigida aura temperetur. Cayri vero ~~caelum reperi~~ aerem ~~vidi~~ calidum ~~qde~~ ~~calidum sensi~~ reperi, sed non in eo caloris gradu, atq excessu, quem ibi regionis calida natura experiri debere suaderet. sed satis clementem, et temperatum, qualem facile per-

ferre

perferre potuissemus. GVILAND. Huius aeris haud valde
calidi sub calidissimo Coelo causam esse arbitror Nili auc-
tionem, quae eo tempore fit; sed dico nunc tibi temperiem
~~Celi~~ Coeli Aegypti, quam memini me olim ibi observasse.
Scio enim te non ignorare, Cayrum Ptolemaeo docente ab
aequinoctio triginta gradibus latitudine distare ~~latitudine~~, et longitu-
dine sexaginta. sexque tantum gradibus ~~huius~~ civitatis zenit
ad tropicum Cancri accedere ~~ipsamque diem~~ ipsique diem maiorem ~~habere~~ fieri
horarum quatuordecim, et minorem decem. ob quam rem
Sol ~~in~~ Aegyptum multum calefacit ~~calefaciendo~~, et maxime in aestate,
quo tempore solum Aegyptium radiis rectius ferit, copiamque radiorum
maiorem iis incolis demittit. qui sane calor quamquam ab om-
nibus magnus vel ~~multo~~ vehemens observetur, nihilomi-
nus, ~~non~~, ~~ut~~ loci calidi ratione esse deberet, ob aquae Nili
fluminis incrementum, quod caloris aestum minuit obtunditque
eius acutiem; atque non minus etiam propter ventos Sep-
tentrionales assidue toto illo tempore frigidum spirantes. Quod ~~Ca~~
calidus sit eius loci aer comprehendi ~~tur~~ etiam potest,
ab avium locis, quos frequentant, atque ab earundem modo
edificationis. Omnes siquidem illos terrenis avium locis
gaudent, ipsaque frequentant. quae etiam ~~omnia~~ frigidos fontes arte
factos ~~et~~ ex dulcium aquis habent, quibus aerem totam per
aestatem assidue refrigerant. Haec omnia Aegyptios frigidum

efferere

expetere, ~~et~~ ipsosq. calidum pati aerem ~~[illegible]~~ significant.
Amplius Civitas haec altissimis aedificijs, contectis quae supra vias
ita latissimis expanduntur tegumentis, ut vias superius ferè
omnino conniveant, observentq. ne Sol, quando omnibus
horis umbrae vias occupent, atq. obtegant, noxium inferat
viatoribus. Vastissimas vero fistulas permaximae tubi
similes Aegyptij in singulis domibus pro aere refrigerando
parant, quae à medio domus meatu latitudinis decem
cubitorum et plus exurgunt, per mediumq. rectissime
sursum feruntur in aerem, penitusq. multo latiori ore
instar Campanae oris expanso ad summa vestigia
desinunt. Quo latissimo ore versus septentrionem
apperto ~~aerem~~ frigidum ventum excipiant, inferniusq.
~~totis~~ aedium locis demittunt. Et hac via singula ~~[illegible]~~
aedium inferna terreaq. loca refrigerantur. Quod
artificium accolas eorum locorum calori aeris eè
obnoxios indicium est haud obscurum. Cuius sanè
ambientis aeris caliditas ab aqua Nili aestate
peraucta diminuitur. Sed dic sodes nunc quali ipsi
aere utantur per omnia anni tempora. ALPIN.
Est eorum locorum aer calidus et siccus, inaequalis
valdeq. inconstans, substantiaq. tenuissimus prae-
sertimq. in locis à mare remotis, ut Cayrum aliaq.

ciuitates supra fluminis ripas positae existunt. Hic aer hyeme aliquando insigniter frigidus apparet, et aliquando calidissimus, ob siccitatem immodicam aeris (quando rarissime ibi pluat) quam sane siccitas, ut naturae periti affirmant utramque actiuarum qualitatum acuit, uelut ab humido hebetantur hae aeris qualitates. Idcirco aer hyemis frigidior quam reuera sit, ab Aegyptijs experitur, quia is ob partium tenuitatem corpora penitissime penetrat, permeatque frigidamque qualitatem introducit, laedensque frigiditate sensibiles partes est causa sensus maioris, quam sit frigoris, maximeque ex omnibus corporis partibus caput ab aeris eius loci oborta frigiditate oblaeditur, multoque magis quod antea a calido aere calfacti ualde apertos meatus habuerit, per quos facilius frigidum aerem suscipit, atque ab ipso offenditur. Hincque non datur genus morbi a capitis distillatione, quo Aegyptij non uexentur. Aequaliter uero aer summe calidus tum Coeli, ut dixi ratione, quod altitudo polaris sit graduum triginta. Ciuitasque haec sex tantum gradibus a tropico cancri distet. Ob quam paruam distantiam, Sole ad ipsum tropicum accedente, quia Sol zenith illorum fit uicinior, aer multum incalescit. Et nisi Etesiae illo tempore a Septentrione frigidum spirarent, uehementissimus, qui uix a nostris subferri posset, caloris

aestus

æstus sentiretur. Hyeme aer frigidus ~~[illegible]~~ noctu ~~maxime~~ ob-
seruatur, qui orto Sole statim cessat, atq; paulo post in ~~[illegible]~~ ca-
lidum permutatur. Ex qua aeris inæqualitate ~~multorum~~ mor-
borum principium originem ducit. GVILAND. Quanquam à nro
proposito scopo deuiet ~~hæc~~ oratio attamen libenter ex te scire
quam ob causam Cayri non pluat, quando Alexandriæ Pelusiq;
et in omnibus alijs locis mari adiacentibus pluuiæ multæ
~~atq;~~ imbres fiant largissimi. ~~[illegible]~~ pluuiæ uero causam duplicem ego
esse sum arbitratus, alteram scilicet aeris secundæ regionis
frigiditatem pluuiarũ causam effectricem, qua uapores in eã
aeris partem leuati densantur, et crassescunt. In nubesq;
primo, et postea in ~~nubes~~ pluuiam uertuntur. Ideo ubi aeris
adest frigiditas, ~~desiq; uaporum copia~~ uapores facile plu-
uia fiunt. Secunda est uaporum à terra eleuatorum copia.
quibus ita positis causis dixerim ~~ego~~ Cayri non pluere,
quoniam non adest multa in secunda aeris regione frigiditas
defuitq; etiam uaporum copia; * & in locis propè mare

Amplius Aegyptus excelsis montibus caret, ideo neq; nubes densatæ ab his supra ea loca diu manere possunt. Hincq; mense iulio quo tempore flumen augetur multæ nubes assiduè sup ea loca transeunt, in altissimisq; ~~[illegible]~~ Lybiæ montibus firmantur, et in pluuiam uertuntur ex qua flumen augeri creditur. *

positis aere frigidiori refertis atq; non minus copiosiori
uaporum ~~copia~~ pluuiæ fiunt ~~[illegible]~~ largissimæ, atq;
hæc sæpissime obseruantur. Verum ~~tunc~~ tempus instare
uidetur, ut de anni temporibus apud illos populos usita-
tis, deque ipsorum naturis, uel qualitatibus ut nunc ser-
monem facias. Proinde ut lubet. poteris incipere, ut

nobis

ut nobis eius loci aeris qualitas clarior innotescat. ALPIN.
Diuido ~~annum apud ipsos usitatum et obseruatum in~~ quatuor ~~quinque~~
partes, sed secus quam nostri faciant, à vereq[ue] incipiam:
quod sanè tempus temperatum ibi duobus mensibus obseruat
scilicet Januario atq[ue] Februario. Incipitq[ue] ver Orione et Cani
cula tota nocte in Coelo apparentibus, et desinit Arcturo
occidente. quo tempore aestas incipit, et desinit Triangulo tota
nocte uideri incipiente. Hacq[ue] duplex apud Aegyptios ~~con-
tinuo~~ singulo in anno obseruatur. Prima inaequalissima ac
summè inconstans uehementissimo cum caloris aestu ~~appa~~
qua ~~ret~~; maximeq[ue] corpora obladit, praesertimq[ue] aduenarum eius
coeli qualitati minimè assuetorum, quod quidem anni tempus,
ut nuperrimè etiam dictum est, principium facit, Arcturo oc-
casum petente, scilicet in initio mensis Martij, protenditurq[ue]
ferè ad tropicum usq[ue] cancri, tribus qua ~~quidem~~ mensibus to-
ta comprehenditur, quippè Martio, Aprile, Maio. Altera ~~Secunda~~
aestas, quam etiam secundam partem aestatis appellare possumus,
priori subitò succedit, nam ipsa incipit sole tropicum Cancri
ingrediete ~~permeante~~, terminumq[ue] habet propè finem ~~Augusti~~ mensis Au-
gusti. Hacq[ue] aestas priori aequalior, constantior, minusq[ue] adu-
sta, minusq[ue] corporibus noxia obseruatur. Autumnus habet
alios duos menses, scilicet Septembrem ~~et~~ Octobrem. Et
orientibus pleiadibus scilicet in initio mensis sequentis

quippè

quippe Nouembris hyems incipit, continuatq; usq; ad mensem Ianuarium. Hoc itaq; modo annum Aegyptiorum diuidi oportere censeo, ut sedulo quatuor anni tempora quatuor diuersis aeris naturis respondeat. Ver mensibus Ianuario atq; Februario obseruari, uel fieri in ea regione non est mirum, cum illius temporis temperamentu temperatiq; aere sentiatur, atq; obseruetur. Idipsumq; etiam tempus uer esse indicat arborum ibi quae fit germinatio, Tunc enim omnes ibi arbores frondescere incipiunt, terraq; Aegyptia uirentibus herbis, stirpibus, floribusq; amoenissima redditur. Ab hisq; mensibus primam fieri aestatem uel aestatis partem cunctis animalibus maxime noxiam pro ipsius inconstantia atq; inaequalissimo aestus caloris et frigoris statu. Hac aestatis pars inconstanter mensibus Martio, Aprile, Maio obseruatur. GVILAND. Quae nam sunt huiusce primae uel aestatis, uel aestatis partis inconstantissimae, aestuosae, ~~ac inaequalis~~ ac inaequalissimae causa. Memini ubi ibi aliquam moram fecerim ijs tribus utiq; mensibus, me uentos calidissimos, molestissimosque sentiisse, cum puluerum inflammatarum magna copia, qua aer ita obscurabatur, ut Sol neutiquam uideri posset. Atq; illo etiam tempore per urbem Cayri plurimos uagasse epidemicos morbos atq; exitiosos, ~~per~~ obseruauisse, praesertimq; oculorum lippitudines quas Graeci ophtalmias appellant.

appellant. Itaque arbitror huius prioris partis aestatis causam

esse ventos illos summe calidos inflammatosque a meridie,

locisque arenosis, ac inflammatis perflantes, in memoriamque

etiam habeo, eos quidem ventos Campsim Aegyptios vocas-

se, quasi dicerent ventos, qui spatio dierum quinquaginta

ita perflant. sed hoc tibi contradicere videtur, qui dixe

ris hanc aestatis partem non tantum diebus quinquaginta,

verum tribus integris mensibus continuare. ALPIN. Euri

Austrique venti, ut tu recte dixisti, a meridie per loca areno-

sa, summoque calore inflammata transeuntes; atque in Ae-

gyptum spirantes tantum caloris aestum ~~habitatoribus~~

pulverumque et inflammatarum arenarum evehunt, ut ignitas

fornacis flammas ~~eo asportasse videantur~~, et non minus

pulveribus obscurissimas, inflammatasque nubes eo asportas-

se videantur. Pulvis illa atque arena copiosa ventis tum

asportata, tum ex solo Aegypti ~~eo~~ ventis ~~atq~~ arrepta

atque per aerem agitata ~~asportata~~ non minus, aeris calore corpora

laedit, maximeque oculos, quos mordet, et inflammat ~~...~~

Hincque epidemicas plurimas ophtalmias, quae tunc

temporis per eam urbem vagantur originem habere

existimarem. Hi venti interrupte ac inconstanter spirant

quandoque tribus ~~diebus~~, et quandoque quinque, et interim

etiam usque novem diebus. ipsosque Charvesich ~~...~~ appellare quimus,

qui

qui quasi a Charonte prouidant, semper lethales plurimos morbos ijs populis excitantes. Eo etenim tempore multas pestiferas atq lethales febres; phrenitidesq homines non diebus sed horis paucis perdentes, et saeuissimas plurimasq ophtalmias, ~~exitiosissimas angenas, phrenesisq~~ uidisse obseruaui. Corpora omnia ita ~~adhibita aquis~~ . contritur ~~in fero cibos~~ abhorrere uideantur, inextinguibilique siti continue ardeant ~~cruciantur~~, pro qua extinguenda Nilum flumen eis D.O.M. largitus est, cuius aqua ~~perio~~ iucundissima omnia refrigerantur atq humectantur. Aduenae nostri his uentis perflantibus ad subterranea loca refugiunt, ibiq morantur, quousq cessauerint. Hocq boni Deus Optimus fecit, ut ~~subito~~ calidis ijs absorptis uentis ~~subsequentibus~~ continuo uenti ~~Etesiae~~ flare a septentrione incipiant, qui uenti citissime corporibus conciliant refrigerium. Si diu hi continuarent uenti nemo in ea regione uiuere posset. Quod doctissime Guilandine postremo petiisti, scilicet cur ego aestatis eam partem trium mensium constituerim, atq Aegyptij dicant ~~hos~~ illos uentos Campsim, quod nomen explicat numerum quinquagenarium, Nunc tibi respondebo multifariam, et primo aliquos ~~ex Aegyptijs~~ illorum appellare illos uentos Campsim, quia ipsi interrupte quinquaginta diebus spirare soleant.

Atq

De Aegyptiorum Corporum temperaturis

Cap. 4m

ALPINVS GVILANDINVS

Dare operam ut corporum Aegyptiorum temperiem indagemus terminatam [illegible] rarè aliud erit, quam tempus ociose consumere, et s[illegible] cuperes tibi Cayrum accolentium corporum temperamentum à me commonstrari, ~~tibi~~ non secus quam Xanthus antiquus philosophus ab Esopo eius servo perdoctus, ijs, quibus totum mare se potaturum pollicitus ~~fuerat~~ [fuerit], dixerat ipsum à fluminibus distingui ac separari ~~oportere~~ [posse], ~~si vellent ab ipso potari~~: responderem, ut tu ~~Aegyptios~~ [cives] prius à cunctis alijs populis segregares: quod sanè non secus quam impossibile videbatur mare posse à fluminibus separari, ita veros Aegyptios posse ab alijs nationum diversarum hominibus ~~separari atq;~~ interstingui, difficillimum esse [affirmarem]: quando Cayri accolae sint Abissini, Aethiopes, Arabes, Indi, Persae, Mauritani, Graeci, Assyrij, Damasceni, Turcae, Tartari, [Prussi] Vngari, Sclavi, Armeni, omnesque ferè ~~totius orbis~~ aliarum nationum. Semper haec civitas fuit publicum emporium totius orbis terrarum frequentatissimum. Hinc perdifficillimum ~~erit~~ posse unum temperamenti genus Aegypti omnibus accolis accommodari. GVILAND. Sed necessarium est omnes, qui eam urbem diu per annos habitant ad aliquod temperamentum reduci, eodem [illegible] tum caelo, tum victu utentes, qui procul dubio nativas temperaturas permutare solent. Nam Caelum

Cibus

[illegible] quoniam Fortis apoplexia fortem quoque ut ita loquar cerebri læsionem significat, ob quam tollitur respiratio, qua sane in animali prohibita transpiratione Cor necessario uita priuatur. et quando cerebri non est insignis læsio, animal respirat, et non moritur, ut in debili apoplexia aliisque soporiferis affectibus obseruatur. Sed melius est hanc doctrinam audire apud Galenum nostrum, qui per belle in quinto lib. de Loc. affect. ut dictum nunc est, hanc rem docuit his uerbis: Cap. 1°

" Igitur ex quibus causis inuenimus, cur affecto cerebro in uehementi
" apoplexia, Cor quoque lædatur, ex iisdem ipsis, sed secundum alium
" modum, causam quis inueniet, quamobrem in apoplexia minore,
" catalepsi, sopore, morbo Comitiali, lethargo, animal ita affectum non
" pereat: Namque si diligenter consideraueris, inuenies per huiusmo-
" di affectus, quomodo spirent laborantes: quippe uidebis, et uiolentam
" et difficilem spirationem, perinde ac si uinculo quodam constrictus
" Thorax attolli prohiberetur. Atque huius rei sufficientem fecimus
" mentionem in libris de musculorum motione. Namque similis est hæc
" quæstio, ei quæ de somno quidam hæsitant: quippe cum per somnum
" omnes musculorum actiones exoluantur, sola actio, quæ ad thoracis
" musculos pertinet, seruatur. Nunc uero ea duntaxat dixisse [illegible]
" satis fuerit, quæ in præsentia proposito nostro conducere uide-
" bantur. Porro qua ratione homines per somnum spirant, reliquis
" musculis omnibus quiescentibus, eadem quoque ratione per mino-
" rem apoplexiam, atque alios ei uicinos affectus spirare possunt.
" Vbi uero uel apoplexia, uel alius quispiam affectus adeo uehementer

incesserit

I 3

atq alios eo nomine ipsos appellare quinquaginta dierū
quod ipsorum furor, ac æstuosa qualitas spatio dierum qu-
quaginta finiatur, Aliosq Campsim ~~dicendo~~ dicendos esse
affirmare, quoniam ut plurimū à paschate rexurectionis
u.. ad pascha ascensionis ipsi ~~obseruentur~~ spirare. quod
~~tamen~~ [illegible] ~~[illegible]~~ spatium est quinquaginta
dierum; quod tamen falsum est, quando ego obserua
uerim sæpe ante pascha etiam resurectionis illorū
uentorū furorem. Alij et forcasse uerius dicunt, hos
uentos Campsim appellatos fuisse à morte Campsi ducis mul-
tarum copiarum secuta immodicam copiam arenarum, quā
à uentis illuc asportatā Campsim ducem cum toto exercitu in
Africæ deserto suffocauerat. Hac ~~igitur~~ æstatis pars est cor
poribus multum noxia, quoniam eo tempore interim conti-
nuò ~~excitatur~~ calor, et interim frigus in aere ~~[illegible]~~ fit.
in hocq temporis statu uagatur per urbem ille morbus,
quem Demelmuia eos appellare dictū est, qui paucis horis
ab eo correptos homines enecat; Altera æstatis pars hac
sequitur, æqualis, et ~~ualde~~ minus calida, esset tamen calidissima
nisi Etesiā frigidū continue toto temporis ~~efflarent~~ flarent, atq
nisi Nili fluminis augmētū fieret, quibus aeris æstuo-
sa caliditas contemperetur. Huius æstatis partis, quæ
uocabitur à nobis secunda æstas, aer est summe calidus

sed

sed æqualis et constans à principio ad finem usq; non subitò at
paulatim ac sensim caloris afferens mutationes, qui quo fit
Septembri mensi uicinior, eò temperatior redditur. Ideo hoc anni
tempus morbis caret, et salubre est. Omnes agricolæ eo tempore ocio-
sam uitam peragunt, quia terra usq; ad perauctis[illegible] dimi
nutionem cultui est inepta inundatione aqua[illegible]
non cessante. Atq; tunc spectacula, ludiq; augescente flumine
celebrantur. Fitq; Septembri Octobriq; mense autumnus, atq; propè
eius finem, absorpta fluminis inundatione triticum serunt,
quod mense Martio ~~metitur~~ effectitur, ~~atq; tunc~~ et colligitur. Alijs sequentibus
~~sequentibus~~ duobus mensibus aer observatur ~~[illegible]~~
~~[illegible] humidus rarò pluit, ecsi pluit non nisi mense Nouem~~
~~bri~~ frigidior, raro pluit, et pluuia est uelut ros parua, hisq;
non nisi duobus mensibus, Nouembriq; facilius quàm Decem
bri, quod ~~eius mensis~~ aer sit frigidior, rarissime glaciet, nunquã
nix ~~observatur~~ neq; grando ibi observatur, cum aer careat
tanta frigiditate, qua hæc effici queant. Itaq; est temperies aë-
ris locorum, qui à mare longè distant. Loca uero mari adiacẽ
tia aere utuntur minus calido, et minus sicco: quando ibi lar-
gissimæ pluuiæ fiant. GVILAND. Hæc dicta sufficere pro digno
scendo illorum locorum aere, existimo. Ideo ne tempus frustra
conteramus, optimũ erit Aegyptiorum corporum temperatura
te nunc continuato sermone, narrandas aggredi.

De

" incurrerit, ut musculorum thoracis actio omnino deperdatur, ~~[illegible]~~
" perire simul respirationem necesse est. Unde Cordis quoque tempe
" ramentum solvitur. quo fit tandem, ut etiam animalis ipsius neces
" sario sequatur interitus. Atque hac ratione per vehementes superni
" principij laesiones animalia perire videmus: De Paralisi Gal. in lib.
Cap x/ " 3° de loc affect. ait: Ubi vero alteri laterum aut dextro aut sinistro id ac
" resolutio nominatur, eius scilicet partis in qua consistit affectus, interdum
" dextrum interdum sinistrum. Quod si in aliquo membrorum idem evenerit, ei
" membri resolutio esse dicitur. Est igitur Paralisis, sive resolutio ma
in quo homines multarum vel alicuius partis sensum et motum plane am
unde hae partes affectae resolutae perinde ac si motu et sensu exsolutae ac
...ta dicerentur. Est vero Paralisis sive resolutio duplex, altera ea
est universalis, in qua universae partes corporis resolvuntur, hanc
nuperrime apoplexiam esse docuimus, de qua satis dictum est. atque al
particularis prout non omnes partes affectae observantur, sed vel u
vel aliquae tantum. deque istius nunc prognostico agendum est. Atque
ipsa etiam trifariam ~~ipsa trifariam quoque~~ observatur, ~~namque~~ prout quandoque partes
resolutae solo sensu privatae, et aliquando solo motu, et aliquando
tum motu tum sensu simul privantur: Harumque alia non aliam mo
sequi observatur; ~~atque alia~~ vocanturque paralisis: atque aliam ab apople
contingere hominibus videntur. vocaturque a Galeno in 4° de vict.
Comm. 23/ Cap. 2°/ in morb. acut. et in 4° de loc. affect. et in I° epidem. Com. 2°. aliisque s
in locis Paraplegia. De Causis Paralisis quando a stupore non diff
I° de Caus. symp./ nisi magnitudine (Galeno docente in primo de Caus. sympto.) ita sem

" stup

" Stupor vero in toto corpore maximisq; membris, quæ Græci Cola vocant,
" ~~[illegible]~~ ex sentiendi movendiq; difficultate compositus affectus: ac mani-
" feste videtur tum refrigeratione, tum à ~~Compres~~ Compressione nervosarum
" partium Corporum, deniq; à torpedinis marini animalis Contactu prove-
" nire. Ubi vero citra aliquam huiusmodi Causam ultro acciderit, tum vel
" vitæ ignaviam, vel ciborum multitudinem, Crassitiem, lentitudinem, aut so-
" litæ secretionis suppressionem antecessisse necesse est. igitur Continua
" causa, aut Continens, aut συνεκτική (licet enim pro cuiusq; arbitratu
" eam nominare) affectus nervi est talis, ut facultatem illi à principe
" parte missam, impedire possit, atq; impeditur, si nervus meatu aliquo
" preditus (ut manifeste in oculorum nervis videre licet) vel obstructus
" est vel Compressus. si vero meatum non habet, idem illi evenit, si vel
" Constringitur, vel refrigeratur. quum igitur meatum aliquem obtinet
" nervus per quem veluti per viam animalis facultas è principe parte
" ad ipsum delabatur: ea si fuerit obstructa, facultatem impediri, nemo
" non perspicue intelligit. Quod si nervus extrinsecus Comprimatur
" meatum fieri arctiorem ne hoc quidem in obscuro est. si vero nullus
" fuerit meatus, sed uti solis radij per aquam, aeremve transeunt,
" eodem modo facultas à principio nervorum Corpora permeaverit,
" ipsa in transitu impeditur, si ad immodicam Crassitudinem nervi
" permutentur. et in 2° libro de symptom. Causis paucis omnes para-
" lis Causas his verbis perstrinxit inquiens: Quippe demonstravi-
" mus nervum, aut stupore aut resolutione infestari si vel frigus
" illum Constringat, aut Crassi lentiq; humores obstruant aut aliqua
" Causa externa ipsam suo pondere Comprimat. et in 3° de loc. affect. Cap. X
docuit hunc affectum fieri ex sectione sive vulnerata spina medulla

namq;

" namq ait Vidistis etiam in corporis dissectione neruos qui [illegible] "
" mouent ex ea spinae parte, quae in ceruice est, eorum deducere. ipsa vero
" ex transuerso incisa si tota fuerit dissecta, omnes quae sub ipsa sunt
" corporis partes sensu motuque, non potente suscipiente spina a cerebro, vim
" tum sentiendi, tum mouendi pro arbitrio. Praeterea vidistis in anato
" mice ubi per transuersas spinae incisiones ad medium usque, secundum longi
" tudinem secaretur, non omnes suppositas corporis partes, sed eas duntaxat
" quae e regione sectionis erant, resolutas dextrasque quidem dextra
" spinae parte dissecta, sinistras vero, ubi reliqua pars esset incisa.

primum ∧

Namq ait spina, quae in ceruice est ex transuerso tota dissecta, omnes partes quae sub ipsa sunt ~~sensu motuque~~ resolutas ~~effici~~ reddere, et quae ad medium usque secundum longitudinem secatur, omnes eas corporis partes, quae e directo sectionis sunt, eodem modo ~~resolutas~~ affectas reddere. luxatis etiam spinae vertebris hanc affectionem fieri, in primo libro de symptom. Caus. ~~Gale~~ ipse scriptum reliquit. his priori loco conscriptis ad prognosticum accedamus. Deq primo ea resolutione loquamur quae non ex apoplexia fit, sed ~~motus~~ affectus per se natus, quam paralisim Graeci appellant. hic igitur affectus per se nunquam est mortalis, nisi mutetur in apoplexiam hocque universalem paralisim, et propterea quod in senio facile hic affectus vertatur in apoplexiam hoc est ~~fit~~ universalis omnibus corporis partibus; senes paralitici difficillime sanantur. malumque hoc insanabile esse indicatur, quando paralisis in una vel paucis partibus incipit, atque in multas repit, exitialiorque est, quo plures occupare ~~partes~~ obseruatur. facile ~~est~~

etenim

41

~~[illegible]~~ ex paralisi apoplexia fit. letales vero omnes ~~[illegible]~~ iudicabitur ~~[illegible]~~ resolutiones partium ~~[illegible]~~ necessariarũ vitæ operationibus. nam si musculi os atq guttur monentes resoluãtur, homo, etsi nõ à resolutione quatenus est resolutio, moritur prohibita alendi occasione. eo modo, quo tumor gutturis ~~[illegible]~~ prohibet, obstruitq uiam perquam descendit cibus. Novi enim iuvone Marostiensé ex uulnere profundo ~~sub fronte inter supercilia~~ in intercilio suscepto obiisse resolutis musculis mandibularũ. atq ob id ore penitus clauso. simili quoq modo musculis thoracem mouentibus resolutis moriuntur homines suffocati. resoluuntur vero ut ~~[illegible]~~ nuper cum Galeno scripsimus sæpissime cerebro valde oblæso, ut in forti apoplexia. uel læsa spinali medulla à qua nervi ~~[illegible]~~ oriuntur, per quos facultas mouendi ~~[illegible]~~ ad musculos fertur, resoluuntur musculi, et tollitur respiratio. Natham Choem hebreum Cayri vidi obiisse, ~~[illegible]~~ resolutis primo ambabus cruribus, et mox superius ~~[illegible]~~ spinalis medullæ læsioe ascendente musculorũ motio ablata est. idem quoq fieret, si recti intestini aliorumq, uel vesicæ resoluerentur. Nam in 2º lib. de symp. causis in Colo nuper lecto dixit, ischuriam idest urinæ suppressionem haud absimile quidam et ~~[illegible]~~ apnœa, aphoniaq significare. Hæ igitur resolutiones causæ sunt, ut homines moriantur. inemrabiles ~~vero~~ hæq etiam sunt quæ spinali vulnerata medulla ortæ sunt. ~~alia vero qu~~ atq ex vertebrarũ luxatione. Aliæ vero quæ uel tumore, uel humore aliquo nervis compressis, uel refrigeratis, uel à crasso humore obstructis, fiunt. ~~[illegible]~~ in

pueris ~~iuuenibus~~

~~alij~~ pueris alijsq; omnibus, senibus exceptis. plerumq; ~~[illegible]~~

sanantur. sedulo adhibitis medicinæ præsidijs. Paraplegiæ vero

his curatu difficiliores experiuntur, quod ~~mortalem~~ morbum appē

apoplexiam sequantur. atq; ob id difficilius iudiciū salutis reddunt.

Comm. 2° | " Hippocrates de his in primo lib. epidem. ita scripsit: In hoc statu hyeme

" quidem paraplegiæ cœperunt, multisq; fiebant, et quidam horum

" cito moriebantur: satisq; hic morbus quidem grassabatur. At in

" cæteris sine morbo erant. et Galenus in Comm. ait: ~~Paraplegias~~

" ~~itaq; hyemi fuisse ait, percusso scilicet à frigidis ventis, qui in ea~~

" ~~spirauerunt, capite et præcipuè quod autumnus totus austrinus factus~~

" ~~ipsum tum calfecisset, tum irrigasset, tum simul repleuisset, nempe~~

" ~~caput ita affectū plurimū ex ventis frigidis, et aquilonijs patitur,~~

" ~~non tamen morbus alius hyemem contribuit, quod sinu esset,~~ dictū

" ~~est autem et in aphorismis suis~~ Verum ex paraplegijs moriebant

" dicenti ipso Hippocrate. Nempe et hic morbus satis epidemius erat

" ~~inauditorū, insuetorumq;~~ more, propter paraplegiam, quæ præter cō

" suetudinem accidit, nam ~~quæ~~ consueta ~~est~~, decumbit quidem in partis

" resolutionem, non tamen tollit hominem. quæ in hoc statu grassata

" est paraplegia ~~letalis erat~~, refrigerato scilicet admodū capite.

Quod vero per abscessus ~~qui ab his indicari dicuntur~~, ab ipsis

obseruator ~~eius~~ paraplegiarū prognosticū accipiatur. Galenus in

3° lib. prorr. hanc orationem ~~interpretatur~~ (paraplegiis paro

" tides vitiosæ.) interpretatus docuit his profectò verbis: Para

" plegias quibusdam corporis partibus accidere ab effectu didicisti,

qualis

" qualis est totius corporis affectus apoplexia, uidetur autem mihi nisi
" forsan uel duobus uel tribus paraplegicis nihil in parotidibus adiunctis
" signi uitiosi eas esse pronuntiasse. Ego autem non simpliciter dixe
" rim mali signi esse superuenientes paraplegicis parotidas, sed
" quod is abcessus bonus esse cum morbi circuitus ad inferas corporis
" partes insigniter deuoluitur, quorum neutrum parotides habent. Nempe
" et affectus minoris sunt, et ad inferas partes non deuoluuntur.
" quare si id duntaxat perniciosum pronuntiare satis est. De Conuul
sione copiose in principio operis scripsimus. Caeterum ~~et~~ nunc etiam
in gratiam prognostici aliquid nos commenisci oportet. Dixit Gal. in
" lib. medic. deffinit. Conuulsio est affectus, qui neruis ac musculis acci
" dit, cum modo corpus totum, modo pars eius uoluntatis iniussu
" trahitur. Conuulsionis uero tres narrantur ab ipso differentiam quippe
~~alia dicitur~~ emprosthotonos, opisthotonos, et tetanos. Emprosthotonos
est quum trahitur collum, neque retro flecti non ualet, et opisthotonos ubi
retro trahitur, neque flecti ad partem anteriorem potest. et tetanos, Con
" uulsio est, in qua collum maxillaque in rectum trahuntur, dentesque cohaerent,
~~neque~~ neque homo collum annuere, neque renuere potest. at non modo
hae conuulsiones dicuntur, sed qualibet pars, cuius musculi, neruique
inconti sunt. Conuulsio enim, ut in 6.o lib. aphorism dixit Gal. uulsio · in Comm. 39.
fit ad propria capita musculis uel ut apertius dicam, reuulsio:
qualis ipsis etiam secundum naturam motus est in Cithararum ~~et~~ cordis quam
uel immodica imbutam aeris humiditate, uel a calore nimium arefactam
" tenduntur, similem conuulsionum generationis modum obseruari ipse
" docuit. De causis nemini dubium est, quod uerae ac exquisitae Conuul

siones

Conuulsiones fiũt uel à repletione neruosarũ partiũ, uel ab earundẽ
uacuatione, exsiccationeq. hocq ~~Galenus~~ in 6°. lib. epidem. Hippoc.
aph. 39 « ita scripsit: Conuulsio ~~ne~~ uel à repletione, uel uacuatione fit, ita nõ
Com. 16 et singultus. Galenusq tum in eius aphorismi Commentario tum in
Com. 57 ~~Com. 76~~ Com. 51 ~~Com. 39~~ ~~Com. 60~~ 2° ~~aphorism~~ tum in 4 tum in quinto ~~aphorism tum in~~ sexto, et septimo aphorism
Com. 4 idem confirmauit atq etiam in 3° de loc. affect. et in libro 12° meth.
Comm. 18 Cap. 5 medendi, aliisq in multis locis. fiunt uero spasmi uel ex magna
Cap. 8 phlegmone, uel ex mordente ac tenui humore neruosa corpora mor-
dente, uel ex ingenti frigore, ut Gal. in lib. 12° meth. med. scriptum
reliquit. atq etiam neruo aliquo, uel ~~Gal~~ capite musculi puncto.
Cap. 8 ut etiam docuit in 3°. lib. meth. med. Caeterũ his praedictis prognos-
Cap. 9 ticũ contemplemur exquisitarũ conuulsionũ, atq primo ~~earum~~ quae
ex repletione neruorũ, neruosarumq partium oriuntur. Quae igitur
repletis ac humore imbibitis neruosis corporibus fiunt conuulsiones
curantur humore euacuato, digestoq. Cognosciturq Galeno docente
in super recitatis locis hae, quod confertim ac subito ~~fiũt~~ excitantur.
Com. 16 « quod praesertim apud ipsũ in 2° aphorism. ita legitur: Cum ergo ualetu
« dine secunda quempiam derepente conuelli accidit; talem à plenitudine
« profectam conuulsionem esse necesse, ita enim infarciuntur, uiscidis et
« frigidis humoribus, quibus etiam aluntur, ut spasmũ patiatur, cui
a. [illegible] « super ueniens febris frigidos illos calfacere et lentos tenuare hu-
« mores et discutere solet. Febrem ait Hippoc. ~~bonũ est~~ conuulsioni
super uenire bonũ esse ob nunc à Galeno ~~dict~~ relatã causam bonũ
est, humoris enim tum copia dissoluitur, consumiturq à calore ~~feb~~
febrili, frigiditasq concoquitur, et uiscositas et crassities tenuat.

idem

idem ab ebrietate conuulsis euenire Hippoc. in lib. quinto aphoris. (aph. 5.
" his uerbis testatur. Si ebrius quispiam repente obmutuerit, conuul-
" sus moritur nisi febre corripiatur. ab humiditatis itaq. repletione
conuulsa neruosa partes sanari ~~sōlet~~ possunt. hicq. morbus salutaris
est, maximeq. in corporibus humidis, atq. in pueris; cuius affectionis
euentu salutare in ipsis obseruauisse Hippocratē, in primo lib. epid.
" ita legitur: Conuulsiones multis et pueris magis ab initio contige- (Com. 2.° txt
" runt, et febriebant, atq. in febribus conuulsiones fiebant. Erant hæc
" plerisq. horū diuturniora quidem, sed inocua, nisi his, qui ex alijs
" omnibus perniciose se haberent. et Gal. in Comm. ait: Conuulsiões
" fiebāt, quod status frigidus et humidus esset. Pueri autem ob neruosi
" generis imbecillitatē, ut conuulsionibus capiantur maxime sunt idonei.
" nempe ob id et facile ex paruis causis fit in ipsis affectus atq. minus
" periculi habet. Siccatis uero neruosis partibus curatu non modo
difficiles sunt conuulsiones, atq. inimo etiam impossibiles, hæcq. omnium
exitiosissimā obseruantur quā ardentissimas febres, cerebriq. inflam
mationes uehementes consequuntur. in quacunq. enim febre ortā
conuulsiones suspectæ sūt. hinc dixisse Hippocratē in 2.° lib. aphor. (~~fit~~ aphor. 16
" meminimus: ~~Conuulsioni~~ Febrem conuulsioni superuenire melius
" est, quam febri conuulsionē. et Gal. in Comm. ait de his: Verum si pp.
" ardentissimas febres totum corpus et nerui exsiccati fuerint atq.
" propter eam siccitatē conuellatur, tum demū hoc maximū ac pro
" pemodū irremediabile malū. Hoc idemq. et manifestius scripsit in
lib. 12.° methodi ~~Scire nam~~ hoc modo: Scire namq. licet eiusmodi (cap. 8

" affectum

" affectum, si modo curabitur humectationem poscere: Caeterum curatu per
" difficilem esse, vel potius, quae curari omnino non possit, si febris occasione
" est contractus. Succedit maxime exitiali phrenitidi. Nec sanatum quempiam
" in convulsorum aut ipse vidi, aut aliu ~~nor~~ narrare audivi. pessimae
F itaque sunt convulsiones quae ardentissimas febres subsequuntur, quod siccitas, eas partes, denotent, quarum saxe partium siccitas maxima cum difficultate emendari potest. Hancque ob causam ~~quo~~ a vigilijs etiam pessimae dicendae erunt convulsiones. Hippoc. in 7° lib. aphorism. ait.
aph. 18 " Propter vigiliam convulsio malum. Maximam humectandi et exsiccandi vim habere vigiliam atque propterea a siccitate convulsionem faciendi Gal. in Comm. scriptum reliquit. ob eandem quoque causam Hippoc. in 5° lib. aphorism. dixit, ab immodica purgatione convulsionem esse malam. A vulneratis nervis quoque visam convulsionem letalem maiori ex parte Gal. in eodem lib. Comm. testatum reliquit. [illegible] vero per consensum vel mordicatis ~~no~~ nervosis partibus, vel ab humore vivi ut docuit Gal. tum in 12° meth. med. tum in quinto lib. aphorismorum. vel a vaporibus malignis, quales in pestiferis febribus ~~[illegible]~~ saepenumero observantur, quae potius motus convulsivos quam convulsiones dicendas esse non immerito arbitramur. ex se solis non sunt exitiosae, cum ~~malijs~~ malis autem alijs signis in pestilentib. febribus semper timendae sunt. At de harum prognostico alias a nobis ~~no~~ fusius scriptum est. quae ex ~~Colu~~ gelu apparent, simul generantur, curationem admittunt. At ad mente captorum prognosticum accedere ~~opus~~ oportet.

De

De Mente aberrantiū prognostico

Cap.

Nunc etiam scribamus de eorum prognostico particulatim, qui sine febre ex quacunq causa insaniunt, siue mente aberrant. quando tum de phrenitide tum de alijs delirijs, quæ tum in febricitibus obseruantur satis alias in hoc opere dictum sit. Homines uero insanos eos esse, siue mente captos, siue delirantes, siue desipientes siue amentes siue insanientes uel alio modo eos illos appellaueris, qui Gal. docet Galeno docente in 7.° lib. aphoris. qui nihil loquuntur, aguntq rationi consentaneū, Gal. in 7.° lib. aphorism. scriptū reliquit: quos sane omnes medici tribus nominibus significant, scilicet, insania, furore atq melancholia. Namq hoc affectu correptorū alij insani, et alij furiosi, atq alij melancholici appellantur. Hancq affectus nominis differentiam à uario humore siue causa hunc affectū conciliante, efficiente facienteq habuimus. ut igitur recte ho horum mente captorū omniū prognosticū scribere queamus, commodiusq et facilius, nostro plane ordine seruato huius af affectus tum essentiam, tum differentias tum causas nunc docere priori loco studuimus. Meminimus autem in primo huius uoluminis libro, atq in hoc libro etiam ubi de phreniticis scripsimus dixisse ex Galeno in 2.° lib. de symptomatū causis scriptū esse Cap. 7.° Mentis alienatione, uel desipientiā siue insaniam esse actionū

ratiocinatricis

ratiocinatricis facultatis ~~lationem~~, amissionem, aut mutationẽ aut ~~aut~~ in alterã speciem, ~~aut demũ~~ amissionẽ. hocq etiam quo modo sit, demonstratũ est. tres autem cum præcipue sint functiones huius facultatis, scilicet, imaginatrix, ratiocinatrix ~~rationalisque~~, atq memoratrix. ideo tres quoq erunt huius affectus differentiæ, quatenus quælibet ipsarũ seiunctim lædi potest, ut Gal: in lib. de differẽtijs

Cap. 3.°/ symptom. memoriæ prodidit. rursum ex omnibus his iunctim simulq læsis quarta ~~pro~~ exoritur differentia, et demũ quinta ex duabus tantũ aut amissis, aut læsis, aut mutatis. Differunt itaq in eum modũ ob variarũ facultatis læsionũ, atq etiam ob variarũ, à quibus generantur, causarũ rationem, ex qua diximus alias esse insanias, atq alios furores, atq demum melancholias. ~~sed de ipsis nunc particulatim loquamur. atq primo de mania siue insania, siue quouismodo mentis aberrationẽ uel alienationem significaueris. Insanos itaq particulatim appellant hoïes eos qui nihil agũt, loquunturq ratione consentaneũ, ipsorumq dementia eos efficit immanes ac furiosos. sed illos, qui et audiũt loquentes et~~ qui etenim excalfacto aut exsiccato cerebro, uel sanguine, uel ~~aut~~ amara bile oppleto insanit fiunt, cum risu, cantu, excandescentia uehementiq ira manifestantur. ex sanguine insanientes alijs qui ex bile desipiũt, melius tractantur et non ita ira excandescũt. Qui uerò ex bile exusta fiũt, ~~fiunt~~ immanes, ferarumq instar effrenes

furiosiq

furiosiq. timent uero ac mesti apparent, qui ex melancholico obseruatum A
succo delirant. De insanijs his Gal. in 6° aphorism. ait: Nam quę aph. 53
à sola caliditate sine prauo humore committitur, similes quodãmõ
sunt desipientijs ijs, quę temulentiã sequuntur. quę uero ob flauã
bilem fiunt cum studio perficiuntur. quę bilis flaua si multũ
, ut iam ad atrę naturam magis accedat, furiosę admodum,
et immanes fiunt delirationes. Solent praecedere nonnulla signa
quibus medici praecognoscunt, uel futuras insanias,
uel cognoscunt presentes. Multos enim dementes diuturnã ac
perpetuã uigiliã praecedunt. anno elapso cũ
essem Bassani quispiam ad me deductus est, qui per mensem cum
uernũ tempus ageretur, non dormierat, caeperatq aliquantisper
delirare, qui sane ab emisso copioso sanguine, et somnũ recce
pit, atq delirare destitit. fere omnesq simpliciter factos insa-
nos uigilia antecedit. Dolores omnes uexantes capitis, auriumq
profundiores. ut docuit Gal. in 3° lib. prognost. surditas similiter in Comm. 13°
deliriũ praecedere aliquando solet. sed uno uerbo dicam omnia
quę significant uel multũ sanguinẽ, uel amarã bilem, uel illã
quę adusta est, uel uapores admodũ calidos in cerebrũ recurrisse,
deliriũ prognosticant. et Hippoc. in 5° lib. aphorism. ait: Quibus- aph. 13
cumq mulieribus ad mamas sanguis colligitur, furorem signi-
ficat. et in in p° prognost. dixit: Si uero pulsus in ilijs tex. 34
insit perturbationẽ significat, aut deliriũ. et Gal. in Comm. dixit:
Verum oculos taliũ conspicari oportet. si enim crebro obtutus

mouetur

tex 5 moventur expectanda insania est. et Hippoc. in 3° prorrh.
scripsit: Lateris dolores ex sputis biliosis, si absque ratione evanue-
rint, in furorem aguntur. atque ut Galeno placuit dolores quoque
iuncturarum absque ratione derepente occultati insaniam producunt.
sed ego dicam omnia haec delirationem significare quatenus
vel ipsa humorem calidum, vel halitum in caput pervenisse
ex quo id fieri queat, explicant. in acutis morbis multa quae
sunt, quae aegrotos desipere ostendunt, veluti ut iam dictum est
aurium capitis omnes dolores, surditates, tinnitus aurium, vigiliae, et circa septum
transversum palpitationes ~~dentium stridores~~ et fortes dolores. ~~dentium~~
tex 20 ~~stridores ut Hippoc. in 1° prognost. scripsit reliquit et in aphorismis~~
tex 21 ~~paulo ante diximus ante dixerat~~: linguaeque tremores, atque dentium
stridores ut docuit Hippoc. in 1° prorrh. Dolores aegrotos non
sentire, ex multaque febre, non sitire, pudendaque honestos tum viros
tum mulieres sinere absque pudore ullo linteis detecta videri.
sed haec iam dicta sunt etiam quando de deliriis sermonem
habuimus, proinde ad causas amentiarum nunc accedamus.
Generantur igitur amentiae omnes quae sunt circa febrem, ut ab
extrinsecis causis exordiamur, ab animi passionibus ~~his~~, quibus
cerebrum tum incalescere tum exsiccari solet, veluti sunt maerores
iraque a quibus subito homines aliquando insani ac furentes
in 1° epist. epist. ad Lol. redduntur, multaque mala committunt insani, hincque Horatius dixit:
Ira furor brevis est, alia vero animae passiones non immediate

insaniam

immediate insaniam ~~faciunt~~, ~~sed~~ quando inter has, et insaniam vigiliā excitant, diuturnā praecedere soleant. eodem modo omnia alia, quae extrinsecus calfacere immoderate ac exsiccare cerebri humiditatem ~~pos~~ possunt. Genuae enim vidi iuvenem nuptā ex nobilissima familia quod dum lavaret caput, ~~sup~~ semper immoderate linteis calidis tum calfecisset exsiccassetq; in diuturnā ac difficilem insaniam venisse. In Aegypto bernaui electuariū sumptū per os momentaneā desipientiā facit, et multa alia, quorum usum aegyptios ~~ob~~ animi deliramenta frequentare in libris de medicina aegyptiorū scriptis mandauimus, cicuta itidem ~~potus~~ insaniam conciliare omnes ~~me~~ medici ~~dici notum~~ sciunt. ex largiori generosorū vinorū potu homines temulentos, ac insanos fieri ~~quotidie~~ obseruamus, et Gal. in 7° lib. aphorism. aph. 7. scriptū reliquit. sed hae insaniae ut nunc etiam dictū est, paulo temporis dissipantur. deq; his in presentiarū non loquimur. Ìcto vero ~~quoq~~ vel vulnerato capite homines amentes redduntur. ut etiam à Galeno docetur. in eodem libro aphorism. paulo post. (in aph. 14) Fiunt etiam homines amentes tum ex longa vigilia exsiccato cerebro, tum ~~ex~~ diminuto, atq; ab immodico sanguinis profluuio, ut tum Hippoc. tum Gal. docuerūt in eodem lib. aphorism. (aph. 9.) ~~et à virium imbecillitate~~ ex defectu fieri desipientiam in hoc aphorismi comm° Galenus docuit. Mirabar aliquando cum saepe audiuissem à vulgaribus hominibus aliquot amentes factos ipsorū diminuto cerebro, unde esset quamobrem nullus medicorū hoc tradiderit docueritq; iuvenem vidi Marosticensē cui saepe

ex

ex uulnerato cerebro non parum substantiæ cerebri effluxerat, sanatum, nulla in eius mente læsione obseruata. Gal. uero hanc causam desipientiæ uisus est docere in eodem lib. 7° aphorism. cum dixit:

in aph. 9° /

" Hic aphorismus magnam nobis affert utilitatem ad persuadendum,
" quod aliquando fiat desipientia ex defectu, quomodo manuum ac
" pedum tremores. Hæc siquidem membra propter potentiæ ipsa mo=
" uentis imbecillitatem infirmas habent motiones, et cerebrum uacillans,
" propterquod neque uehemens est hoc desipientiæ genus, sed medio=
" cris atque (ut quispiam diceret) delirantis. Nos uero per id quod

diximus imminuto cerebro fieri desipientiam, intelligendum fore ~~arbitramur~~ putamus, imminuta eius membri humiditate (quæ diminutio substantiæ cerebri, fit ab his quæ ~~in~~ immodice calfaciunt, exsiccantque) homines in hunc affectum cadere. omnesque ob hanc causam desipientes facti, caput ~~esse~~ leuissimum habere ~~in~~ affirmant, neque mirum resoluta, consumptaque ~~aliqua~~ humiditate eius, quo grauitatem ~~habebat~~ sentiebat. Hincque aliqui ~~facti~~ melancholici facile ob cerebri leuitatem imaginati sunt, se capite caruisse. ob quam rem prudentes medici causam agnoscentes primo cerebrum humectare ~~teatari~~ atque refrigerare, ut excrementis magis scateret, quibus solitam grauitatem caput reciperet ~~et mox le~~ procurarunt, et mox aliquod graue, ueluti plumbeum pileum capiti superponere uoluerunt, ut ex ~~grauit~~ grauitate ponderis ~~la~~ insani cognoscerent se habere caput. ex uirium

~~demum~~

imbecillitate huiusmodi fieri affectū, sæpe docuit Galenus, in ~~ulti~~
~~ma senio~~ multisq. decrepitis mentis mediocris uacillatio ipso-
rum uiribus prædebilitatis observatur. hincq. dicitur bis pueri
senes. ex uaporibus calidis, et temperie calida cerebri, atq.
ex sanguine et bile flaua hunc affectū oriri dictū est. ~~et illum~~
ex his uero ab hoc malo ~~ub~~ liberantur ~~h~~, qui semel in anno,
scilicet in uere ob copiā sanguinis desipiunt, ~~multos etenim~~ omnes
enim quos uiderim, copiosa missione sanguinis demolita sanos
euasisse, observaui. Itaq. desipientiæ ut iam diximus ~~per~~ risu et
cantu manifesta~~ntur~~, notisq. his, quæ caput sanguine oppletum
explicat. obidq. ~~Hipp~~ Hippoc. in 6.° lib. aphorism. dixit: Desipientiā,
quæ cum risu fiūt, securiores, quæ uero cū studio periculosio-
res. ~~quæ uero~~ cum studio quæ fiūt, ex amara bile fieri docuit Gal.
in commeto. omnes uero hā insaniā tollūtur, ~~uel~~ ab aliqua uel
sanguinis uel humoris biliosi copiosa euacuatione, et reuul-
sione eorundem humorū ad longinquas et oppositas partes
facta. In 6.° ~~lib~~ lib. aphorism. Hippoc. ait: In insanientibus
si uarices, uel hæmorrhoides superuenerint, insaniā solutio.
ex quo aphorismo perdocti alium aphorismū facere possumus
dicentes: In insanientibus sanguis copiose uel a naribus, uel
ab ~~aliis~~ intestinis, uel ab utero, uel ab hæmorrhoidibus ~~copiose~~
effluens, insaniā solutio. atq. eodem modo si in crura et pedes
uel aliquam aliam partem inferiorem multū sanguinis decubuerit.

ob copiā sanguinis amentes factos

aph. 53

aph. 21

uel

uel aliquis tumor in illas partes peroriatur inflammatorius, uti sunt erisipelata, uel quacunque aliae sanguinis ad illas partes defluxiones copiosae apparuerint, quae diu perseuerauerint,

ualde omniumque maximae ~~maxime~~ ualde dolorosae. eodem modo et biliosorum humorum copiosae omnes purgationes, uel ad illas partes decubitus ab insania homines liberat. ob id dixit Hippoc. in

aph. 5/ 7° lib. aphorism. "A furore difficultas intestinorum, uel aqua intercutem bonum." Omnibus igitur insanientibus, qualibet tum sanguinis tum humorum copiosa euacuatio, uel ad infernas partes decubitus, inflammationes, dolores, tumores, ulceraque diuturna, adiuuabunt illumque affectum soluent. Insanae mulieres a fluxu mensium copioso, atque a partu liberantur. quae ex simplici calliditate ortae sunt insaniae, uel ex ictu capitis, uel ex uigiliis non immodicis uel a sanguinis profluuio, atque etiam exsiccato cerebro humore sanari solent. ~~Biliosae uero~~ cerebro probe refrigerato, ~~humectato~~, et a uulnere sanato, et somno recepto, defectuque sanguis restaurato, et humectato cerebro. Biliosae uero difficilius sanantur, sed multi tamen prudentes fiunt, uel capite multum sudorem exsudato, uel ut iam dixi humore illo bilioso, uel probe paluum, uel uomitum purgato, uel uniuerso inferius propulso, ad crura uel aliam ex ignobilioribus partibus. Difficiles sunt insaniae ut curentur, hae quae diu perseuerant, namque sanguineae facilius in biliosas et ~~furio~~ ferinas, et melancholicas, et

phrenitides

phrenitides mutantur, ut ex Hippoc. primo prorrh. colligitur. Diu uexa= tex. 15°
tum cerebri ex bilioso humore in continuam mentis uacillationem de=
uenit, uel eo humore imbibito in uniuersa substantia cerebri, quomodo
blandas ~~ac placidas~~ obscurasque uocatas ab Hippoc. in primo prorrh. de
sipientias fieri docuit Galenus; uel cerebro ~~humido~~ exsiccato excalfactoque.
saepe enim ab his desipientijs diu homines uexati et non curati, furore
atque ferina ea insania, quae ~~bile~~ combusta flaua bile ad nigrae bilis
naturam accedente fit, corripiuntur, ab eaque moriuntur. ~~qui igitur~~
diu ~~amentes perseuerant, maxima cum difficultate sanantur~~ maxi
meque ubi mente capti uigiles omnino existunt, usque adeo his cere
brum exsiccatur, ut neruosae partes conuellantur. ob hancque causam ~~ob eam causam~~
dentium stridorem cum insania ~~exitium~~ ostendere Hippoc. in primo
" prognost. dixit his uerbis. Si quis strident dentibus non consue tex. 21°
" tus a pueritia ita efficere, insania significatur, ac mors: sed in
" utrisque futurum praeuidere periculum, necesse est. si uero mente compo
" tus ita efficiat, admodum iam ~~exitiosum~~ est. A. eodem modo et, ~~Eandemque sortem ferunt~~
hi, qui in insaniam uenere ex diuturna uigilia, curatu difficiles sunt,
minimeque sanabuntur ex his, qui ob eam causam conuulsi una obser-
" uantur. dixitque Hippoc. ~~in~~ in 7.° lib. ~~aphorism~~ ~~his uerbis~~: In uigi= aph. 18
" lia conuulsio ~~uel~~ desipientia malum. Ab ebrietate etiam ~~multi facti~~
insani fereunt, ~~maximeque hi~~, qui ebrij cum insania rigent. Hip-
" pocrates enim ~~in eodem~~ 7.° lib. aphorism. dixit, ex multa potatio= aph. 7
" ne rigor et desipientia malum. et Gal. in Comm. ait: Desipiunt autem
" ex talibus potionibus aliqui capite oppleto plurimo sanguine,

ac

[Margin note beside the lines above:] et in p.° prorrh. tex. 14 dixit Gal. in insania ubi nerui uehementer exsiccati sunt, tremorem obseruari. et paulo post: in phreniticis obser uari tremores, qui deterrime se habent A.

spiritu calido. Ob hanc ipsam vero causam et calidiores redduntur
præcipue quidem caput, sed et corpus universum. Pauci ~~sunt~~ enim ex ipsis
sunt, qui cum desipientia rigeant, in quibus calor nativus non accendi-
tur, sed ob multitudinem extinguitur, sicuti ~~lignis~~ ignis lignorum multi
tudine superiniecta, et lucernæ flamma oleo universim superfuso.
Ex virium vero imbecillitate ~~qui desipiunt~~ mente capti ~~pereunt~~ non
minori his vitæ ~~discrimen~~ in discrimine agunt. De his Hippoc. in
tex 8 | 1° prorrh. ait: Prædebilitatorum desipientia ~~mala~~ pessima. ut et Trasy-
nonti et Gal. in Comm. dixit: pessimæ prædebilitatorum ~~differentiæ~~
desipientiæ ita sunt, ut nullum ex ipsis sanari speraveris, sed de
his intelligendum desipientijs, quæ ex sapientis in nobis partis
morbosa affectione fiunt. in quo sane ~~genere~~ prognostico
comprehenduntur insanientes ex immoderata ~~vel~~ evacuatione
sanguinis, quo sane modo superius dictum est ex Galeno ~~ex defe~~
ex defectu fieri desipientiam, quæ sane si ab simili sanguinis
evacuatione appareat mala quidem est, cum aliqua vero con
in com. 9° | vulsione omnino lethalis Galeno in 7° aphorism lib. edocente)
quamobrem manifestior erit, si dicitur: à profluvio sanguinis
desipientia, vel convulsio malum. et desipientia cum convulsione
omnino lethalis. Ab imbecillitate vero et defectu desipientia fit
mediocris, adeo ut in paucis mente aberrare observetur. in vul-
neratis etiam desipientia malum portendit, ~~quando~~ quando vulnus
Com. 14 | intro in ipsum cerebrum penetrare induit Galeno authore in 7° aphorism
Comm. 24 | vel adminus ut ipse etiam paulo post docuit, usque ad ~~menin~~

meningas

ad meningas appellatas membranas cerebri obtegentes ipsum per
" uenisse uulnus. Hippoc. aphoris. est: Propter plagam in Capite acceptã
" Stupor aut desipientia, malu. et paulo post: Ab ossis uulnere desi-
" pientia, si in uacuum usq penetrauerit. De Furoris siue insaniæ | Com. 14
furiosæ ~~ex~~ quam Gal. in primo prorrh. uocat mentis motionem, aber-
rationemq uehementem efferitam) prognostico dicimus, omnium
amentiaru, quæ uel ex calida et sicca temperie, uel ~~ex~~ sanguine
et bilioso flauo humore fiut, esse deterrima, ac mortalem, qm | ad atræ bilis naturam magis accedentes, ~~ut~~ A.
hæc affectio oritur diluente cerebru assata flaua bile, ut ibi Gal. | in
ein Capt. docuit. quia omniu humoru humor est natura perniciosissimus, | Comm. 43.
ob idq omnes saeuissimos morbos ~~ipse parit~~ efficit. De his Hippoc.
" in p.o prorrh. scripsit: Mente ad melancholiam aberrantibus tremores | tex. 14
" superuenientes maligni. et Gal. in Comm. ait: qui ergo ex atrabile
" mentem aberrantem superueniente tremore certo moriturum affirmet
" non fallitur. Hæc itaq amentia furiosa summe in omnibus est pe-
riculosa, atq si aliquandiu perseuerat incurabilis. Ceteroq talis amentia
homines occicat, nam ~~ex~~ ipsa leso Conuulsiones pessime apparent laeso
à mordacissimo, neruoru principio. Sed ~~[illegible]~~ de melancholia nuc | humore
~~et agendum~~ agere oportet. Est namq affectus hic amentia, quæ | absq uera causa
cum timore, ac moestitia, ~~[illegible]: Hippoc. namq in 6.o libro aphoris.~~ | manifestatur. A.
" ~~scripsit: Si timor et moestitia multo tempore perdurent melancho-~~ | ~~[illegible]~~
" ~~licu eiusmodi symptoma est~~. Galenusq in 2.o de Causis sympt. dixit. | Capite.
" Melancholicæ autem dementiæ, uariæ sunt species: prout in ipsis par-
" ticulatim, dolosæ suspectaq imaginationes apparent. In omnibus autem
" unu commune habetur, quod Hippoc. quoq dixit. Si timor et ~~[illegible]~~

moestitia

" noestitia diu perseuerant, atrā bilem significant: quippe omnes præ=
" ter rationem moesti sunt. quod si eos interrogaueris, quamobrem
" tristentur, non habent quod respondeant. Ac non pauci ipsorum mortē
" atq alia quædam haudquaq timenda, timere uidentur. Melancholici
igitur cognoscuntur, quod præterquam ~~uel~~ ratione, ~~uel imaginatione,~~ ~~uel~~ non bene constant, ~~absq causa~~ moesti sunt, acq timent, ~~siue~~ etiam
sine causa: ~~aut uera causa~~. atq per hoc ipsi distinguuntur ab alijs cum
causa ~~mœrenti~~ mœstis, timidisq, qui sæpe sæpius timoris, ac mœro-
ris ex causa perorti assiduā ob cogitationem ~~aliquo modo, uel~~
~~dum loquuntur uel dum aliquid agit~~ rationi haud omnino ~~bene~~
loqui, uel aliquid agere uidentur. ~~Omnes fere Galenus~~ Caeterum
etiam hi qui ~~sine~~ cum causa in moerorē atq timorē diu persistunt
fautem in hanc insaniā speciem inciduns. ob idq sapientissimus
dixit. 6. ap. 23 " senex noster Hippoc. in 6.° aphorism. si metus atq moestitia lon-
" go tempore perseuerent, melancholicū est signum. et Gal. in Comm.
" explicauit his uerbis: Si quis non manifesta de causa metuat
" aut moestus sit, atrā bilis sunt manifesta symptomata, maximē
" si longū tempus perseuerauerint. Propter causam tamen mani-
" festam ~~certa si sint, eadem persistat diu, insaniam signi=~~
" ~~ficare scias uelim. Nam multi in maniā corripi uisi sunt,~~
" ~~qui ab excandescentia, aut ira, aut moestitia principium su=~~
" pserat: ipso scilicet corpore per id temporis habili, et idoneo
" ad tales suscipiendas affectiones existente. ~~Plerique~~ Omnes melancho-
lici ~~magna pars~~ conueniunt in ~~hac~~ falsa imaginatione, et hæc facul-
tas primo læditur, atq mox ab eius diu perseuerante læsione

ratio

ratio laeditur, ex Galeno aliqui affirmant solam imaginationem laesam esse, et rationem atque memoriam nequaquam. ~~multos enim melancholicos vidi, qui recte iudicium rationem ve possidebant~~ Horum varie sunt falsae imaginationes namque alij timent futura imminentia pericula, ut ille, qui timuit (Galeno narrante) ne Atlas qui mundum sustinere ab eiusce saeculi gente credebatur, a tanto ~~longo~~ laboris onere ~~oppressus~~ gravatus ipsum a se excuteret, atque ipse cum alijs periret. Alij se bruta esse animalia autumant, et alij sine capite vel aliquo alio membro esse, alijque se esse aliud ~~esse~~ imaginantur. Multos ego vidi, quorum alij ex studio alijque ex itineribus, vel moerore in hanc insaniam venere, quarum alij ~~in~~ arbitrabantur, se morbo incurabili correptos, atque ab ipso morituros, alijque dicebant, se morbo gallico aegrotare, pro ipsorumque recipienda salute omnino spe carebant. quamobrem omnes, qui sine causa moesti sunt, timentque et falsas habent imaginationes melancholici sunt. ~~Vera vero melancholia habet pro causa humorem melancholicum~~ Duplex vero insania ~~est~~ haec melancholica observatur, una cerebro ab humore melancholico obleso quae fit, atque altera, a melancholico halitu ex aliqua infernarum partium in caput delato, quam sane insaniam ~~spem~~ hypochondriacam omnes medici communiter appellare. Prior vero, quae ~~n~~ vera est melancholica insania, manifestiusque in hac quam in hypochondriaca, homines mente aberrare deprehenduntur observantur. generatur humore crasso melancholico cerebri substantiam pervadente, sive melius sanguine cerebri facto melancholico, ut Galenus tradidit in lib. 3° de loc. affect. his verbis: Cap. 6

" Ita etiam cerebro accidit.

" ut nonnunquam universo in venis sanguine melancholico effecto, ob ~~con~~

Communem

" Commune uitium, ipsum quoq laeditur. Utrunq uero, reliqui corporis
" sanguine prorsus innocuo, solus is qui in cerebro contentus est, ~~at~~
" alteratur. Idq bifariam fit. Aut enim aliunde in ipsum deriuatur,
" aut in ipso met ~~melancholicus~~ melancholicus humor genitus est, quum
" uidelicet internus calor, aut flauam bilem aut crassum atrumq san-
" guine superassauit. ~~ideq docuit in alijs multis locis~~ Hincq ut Gal.
ait, quod hic humor niger sit ac obscurus, ~~ob id~~ melancholici,
obscura loca frequentant, hominumq effugiunt consortia, omniaq
lata loca. qua ab insanientibus ex sanguine omnia desiderantur.
moestiq ac timidi sunt etiam ob atrum hunc humorem: Gal. in eodem
" 3.o de locis affect. ita scripsit: Sane quemadmodum externae tenebrae
" omnibus fere hominibus pauorem induunt, nisi uel audaces
" admodum, uel edocti fuerint, sic atrae bilis color mentis sedem
" similem reddens timorem efficit. Etenim summis tum medicis,
" tum philosophis in confesso est, et humores, et omnino corporis
" temperaturam animae alterationes inalterare, seu mutare posse.
hincq etiam hos ~~in~~ mente captos potius luctui, procliuos ob-
seruamus, ueluti ob sanguinem dementes cantibus, risuiq ut
docuit ~~tum Hippocr~~ Gal. in 6.o lib. aphorism. sed summa ratione
quaerendum uenit, cur melancholici etiam multum rideant, saepe
uero melancholicos ridere ego multos uidi. Paulusq libro 3.o memo-
Cap. 14 ria tradidit. Eos lugere, ~~ac~~ flereue conuenientissimum esse ex
melancholici humoris ratione, ~~sed rider~~ quemadmodum ridere illos
nequaquam humoris natura suadet, quando saepe Gal. docuerit, ~~ut~~

in

in amentibus risum sanguineum humorem detestari. quid itaque dicendum erit, de Causa risus in melancholicis. Forrasse dicet aliquis risum in ~~aut~~ insanis interim humorem sanguineum significare, atque interim fatuitatem, Nam risus cum Cantu absque ulla moestitia uel timore sanguinem in Cerebro attestatur in mente Capiis; Cum moestitia, uero ~~ex~~ fatuitatem potius, quam sanguinem ipsum risus significat. ob hancque Causam ad risum proniores ac faciliores sunt homines fatui, uel dicatur hoc esse, quia ipsi de qualcumque etiam leuissima re facillime ~~ex~~ admiratione Capiunt, ob ipsorum ignorantiam. uel potius ~~et~~ risum in melancholicis cerebrum tum a melancholico humore tum etiam a sanguine latum Commonstrare; uel demum ~~quod~~ melancholici, contemplationi Caeteris Aristotile auctore quod aptiores sint, mundanisque miserijs, ~~quibus ignari~~ homines ~~in~~ gaudentes admirantes cum uoluptate, rident, siue melius irrident, qualem fuisse Democriti risum, in eius uita legitur. sed priusque ad prognostica accedamus. Sciendum est Galenum huius de melancholiae Causam dixisse ~~esse succum melancholicum affirmat in 3° de loc. affect. capite 6° ex a~~ Crassum pituitae succum ex quo fit etiam epilepsia, ~~in~~ melancholicam ambitiam facere ~~quinto Capite docuerat~~, at per Crassum pituitae succum intellexit melancholicum succum, ~~quando ipse~~ quod eius ~~uerba~~ declarant, nam postque ex Crasso succo pituitae dixit melancholiam fieri insaniam ~~dixit: qu~~ subdit: quemadmodum alter atrae bilis succus, qui prae assata flaua nascitur, feriua deliramenta inducit; dua uero est

atrá

atra bilis una, quae fit ex sanguine siue succo melancholico, qui

com. ap. 53 | uel putrescens, ut in 6° lib. aphorism. Gal. docuit, ~~fit atrabilis~~, uel

à calore ~~exusta~~ excalfacta combustaq., ut ipse etiam in 3° de loc.

cap. 6. | affect. memoriae tradidit. Atq. altera fit flaua bile, in eodem loco

ipso Galeno docente à calore exusta. ~~[illegible]~~ Ab utroq. hoc humore

fit hac insania ut ibidem docuit, et ab atra bile ex nigro

sanguine facta dicitur simpliciter melancholica, ueraq. est

ac exquisita. Ab altera quoq. quae ex flaua exusta bile ~~atra~~

~~bile oritur~~ oritur, fit quidem melancholica insania, sed

ut in 5.° capite eiusdem libri dixerat. | ferina et furiosa, de qua nuper sermonem habuimus. Declarat

non à pituita fieri melancholica insania in eodem 3.° de loc.

cap. 6. | affectis. cum dixit: Quippe non solum melancholicus succus, uerum

etiam pituita morbum comitialem committit. Igitur ea quam melancho

licus succus constituit, in melancholiam transit, quae uero à pituita ~~pr~~

parta est, in aliam affectionem, de qua paulo post dicturus sum, permu-

tatur, melancholiam uero haudquaq. efficit. Quispiam fortasse dicet

pituitam crassam esse similem melancholico humori, quod frigida

~~sic~~ A | tum sit, tum ad siccum ~~et~~ declivius. Hac itaq. melancholica in-

Comm. 6. in tex. 8° | sania saepe ut audiuimus, A. ~~atq.~~ docet Gal. in 6° epidem. his

uerbis: Melancholici magna ex parte comitiali morbo afficiuntur,

in morbum comitialem ~~m~~ mutat. A. | et contra, morbo comitiali laborantes, efficiuntur melancholici.

atq. horum utrumlibet magis accidit, prout uel in hanc, uel in

illam partem infirmitas uergit. Si enim in corpus epileptici, si uero

in mentem melancholici redduntur. Hac itaq. insania melancho-

lica

- tica in multis curatur, ~~autem~~ praesertimque in iuvenibus ~~et~~ si in prin-
~~cipio~~ ei occurratur. multos enim iuvenes vidi ob studiorum frequentiam
factos melancholicos, qui dimisso studio sanitatem rursum receperunt.
multosque Galenum ab hoc malo liberasse in 3.o lib. de loc. affect. (Cap. 7o
legitur. ~~multosque~~ atque multos solum balneis, victuque humido, atque
boni succi nullo alio adhibito praesidio. multi vero indiciis potius
dexteritate quam medica opera curantur. ~~Difficilius curantur~~
melancholici, qui laso cerebro ~~parte~~ primario affectu, ut potè
quando in cerebro ~~generatur humor melancholicus~~, et ~~non ex~~
universo corpore ~~ad ipsum transmittitur. Cerebrum etenim à causa~~
~~ita laesum~~ maxima cum ~~difficultate~~ ~~corrigitur~~ ~~facilius~~ Cauti autem
admodumque ~~dilig~~ accurati ~~esse~~ debent medici, ad melancholicorum
curam, ne tum ~~ab~~ à seipsis vel occidantur, vel ex ~~aliquo~~ fenestris
domibusve precipitentur, ~~tum ne~~ medici ipsi ab ipsis noxam pa-
tiantur. Hunc annus agitur quum Bassani Delphinus à Como ex
itinere poloniam in aestivis caloribus factus melancholicus,
timebat enim, quod in eo itinere ~~Cum~~ cum haereticis hominib.
comercium habuisset, inquisitum iri primo de haeresi, et tandem vene-
rat in eam sententiam, ut à iudicibus lata fuisset sententia, ut in foro
~~pu~~ publice moriretur, ipso vivo cute à corpore decorticata,
~~Cum~~ sub plenilunio ~~ageretur~~ in aurora lucescente sole cum ~~le an~~ ipse vehementer insaniens
audivisset, eius à quodam fuisse pulsatum ostium, timens ne essent
satellites, qui nunc venisset, ut ipsum morti darent, quamcitissime ~~ad~~ me

ad summa domus

~~ad summa~~ domus uestigia euolatus, ex altissimo podio se precipitem dedit: uitamq; ac insaniā cum morte commutauit ita misere. Quam obrem ~~in adagio~~ audio Vidum Vidium ~~[illegible]~~ mediū florentinum alias ~~in capite à melancholico [illegible]~~ suscepti uulneris à uiro melancholico memorem, cum ipse in publica academia fuisset à quodā in medicina laureando, ~~[illegible]~~ qui pro huius insaniæ curatione multa auxiliorū genera meminerat, audiuisset, ~~subdit, te~~ dixit, hinc tu iuuenis in arte uideris, quod optimū mente captorū remediū silueris, ignorauerisq; subditq; memoria suscepti uulneris, quasi non parū ira motus, funes, funes sunt uera ac optima ~~[illegible]~~ melancholicorū remedia. A. Melancholici ~~[illegible]~~ liberantur sæpe ab aliqua febre, quartanaq; maxime. quod affirmatū esse à Galeno ~~de epilepsia~~ in epilepsia, ~~[illegible]~~ in p.º et 6.º epid. legimus. ~~[illegible]~~ largaq; tum narium sanguinis atri, particulatimq; ex sinistra nare, atq; ex hæmorrhoidibus, uel ex utero profusio, optima est melancholicis; necnon lienis tumor, uel uarices, uel ~~[illegible]~~ nigra ictericia, uel scabies uel ~~[illegible]~~ alui melancholica deiectio, uel uomitus demū confert melancholicis. Hippoc. in 6.º aphoris. ait: In insanientibus (Gal. dixit de his qui ab humore melancholico insaniunt, intelligendū esse aphorismū.) si Varices, uel hæmorrhoides superuenerint insaniæ solutio. Antiqua ex hoc humore melancholico insania incurabilis redditur. at de ~~[illegible]~~ tertio melancholiā

liā

[Margin:] Dum hæc scriberem iuuenem melancholicū præ manibus habui, quem paucis dieb. sanguinis copiosa missiōe purgatione, atq; dulcium balneorū usu curaui. hic ~~et~~ annos agit decem et octo, bilioso temperamento ac [illegible] timebat enim dum esset melancholicus sed multa ob peccata esse damnatū, dicebatq; se in capite ~~se~~ audire sæpissime quempiā qui ei diceret esse damnatū, neq; posse saluari. hic enim eo tempore non nisi templa ~~et~~ sacerdotes et sacramēta frequentabat. à balneo suscepto in caput subito cœpit a malo ~~se~~ leuari. A.

[Margin:] aph. 21

melancholiæ genere, quam hypochondriacā, melancholiam, vel hypochondriacum
flatū appellant; aliquid etiam dicamus, quod sæpe multos
usq. ad mortem hic affectus concomitetur. Hunc affectū
aliqui melancholiam, atq alij flatum hypochondriacū appellat
ut testatus est Gal. in 3° lib. de loc. affect. Vocatq ipse hunc · Cap 6°
morbū tertium genus melancholiæ, quæ à ventriculo ortum
habet. affirmatq nomen accepisse à melancholico humore.
De causis huius affectus, non una est apud omnes medicos opinio.
namq Gal. ex Dioclis mente ait huius passionis causam esse ~~calo~~
calorem ~~[illegible]~~ peracutū in venis meseraicis; atq ipsarū venarū
obstructiones, atq in ventriculo portonarij, pyloron Græci appellat)
inflammationē. quod his verbis docet in eodem lib. inquiens:
" ~~sive enim venarū, quæ ventriculo contiguæ sunt calor opuperet~~,
" sive ~~partes, quæ iuxta portā sūt (Græci pyloron vocāt) inflamma~~
" ~~tione laborāt~~; Atq videtur quidem in ipso inflammatio esse.
" sanguis autem in parte inflammata contentus, et crassior et
" atræ bili magis conformis. itaq quemadmodū elata ex ventr°
" ad oculos fuliginoso quodam, aut fumoso halitu, aut crassis quoq vaporibus
" ~~quo~~ similia, ut in suffusione accidentia contingūt: eadem ratiōe
" sublata ad cerebrū ab atra bile evaporatione, veluti fuligi-
" nosa fumosaq, melancholica eveniunt in mēte accidentia.
ego vero multos vidi, qui primo à longa ventriculi passa cru-
ditate, atq postq ipsos diu flatuū copia molestauerat, tādē
etiam in animā accidentia melancholica venisse, ~~[illegible]~~
~~melancholiā~~

~~melancholicā speciem Gal.~~ Multos etiam vidi ~~ex~~ quibus hepar summe calidū fuerat, aut etiam lien obstructus, in hunc incidisse morbū. ‡ ~~quamobrem~~ Sed dixerim ego cur porrtonarij in cerebri inflammationi ~~est~~ datu est homini dementiā facere q̄ā (melancholicam) alijs inflammationibus, quæ non ~~ex~~ melancholico succo ortæ sint, datum non sit, nemo enim est, qui ~~ab~~ alijs inflammationibus ortam melancholicā insaniā observaverit.† Morbus hic curari solet, si principio si recte tractetur, si vero cito curetur, tollaturq̄ vel caliditas immodica ~~et~~ venarū meseraicarū, vel etiam hepatis; a quo atri halitus ex sanguine exusto in caput elati melancholica parit accidentia vel lien ab ~~et~~ obstructione liberetur, secusq̄. in ~~mortalē~~ atrophiam homines ~~deducit~~ deducuntur. atq̄ hæc de insanientiū prognostico dicta sint.

et mox factos hypochondriacos ‡

Sæpe contentus in stomachi vasis sanguis melancholicus, sublato ex eo ad cerebrū evaporatione melā cholia excitat.†

citò interire. In morbis itaq; malignis, alijsq; omnibus urgentibus certò illas urinas tales vtates hypostases exitium portendere, in alijs vero mitioribus longitudinem, iudicabimus.

Quid urinæ inscijs ægrotis mistæ, et quid paucæ et ~~omnino suppressæ~~, omninoque in acutis morbis interceptæ significent.

Caput 10.m

Vrinas in ~~acutis~~ febribus Continuis ægrotantibus inscijs exire malum utiq; est, quoniam cerebrū male se habere, ægrotosque delirare, aut renum uel uesicæ sensum esse extinctum, significant: Ita ~~autem~~ alterum duorum, certò præsagiunt, utpote uel mentem ægrotare, uel sanè uires adeo debiles euasisse, ut amplius non sentiant; Aliquando enim ita ægrotos ita mictionem esse oblitos, obseruatur, ut aliquibus mingere uolentibus, ob eamq; Causam ab ijs accepta matella, mingere amplius non recordantur. in pestilentibusq; morbis non pauci hoc modo delirij ~~acuti~~ Correpti, obseruantur. Vrinarū uero ab ijs inscijs ~~exeunt~~ mistarum obseruatio nihil certi ~~obseruatur~~ ægrotis prognosticatur, Cum ijs enim alia unà sunt Consideranda signa, ab omniumq; tum Vrinarū, tum signorū significatione præsagatio futuri est indaganda.

D

indaganda. Quae enim ex urinis ob facultatis extinctionem insciis aegrotis min-

sunt ^ guntur lethales ~~indicantur~~, qualis ~~ut sunt, quae in~~ mulieres, Hippocrate narrante

decumbentis in foro mendacium ~~sunt multi sunt~~, fuerunt: Paucae vero

urinae in continuis febribus, ardentibusque maxime, mali utique existunt.

significant enim ab igneo calore serosam humiditatem valenter

absumi, multoque magis si etiam tenues mingantur; ut luti in Dromea-

dai uxore, et filia Euryanactis virgine, atque in ea muliere, quae apud

in 1° epid. com. 3. tex. 1 / 3 epid. comm. 2 / tex 3, 5, 7 et 8 / com 3° tex 15, et 16

Tisamenum, et Pantimeden, decumbebat, nec non in Uxore Dealcis, Apollonio

Uxore Dealcidis, et Adolescente Meliboe ab Hippocrate ~~in Lib. epid.~~

est observatum. Hi namque urinam paucam, tenues mortem cito aegro-

tos subsecuturos ~~explicabant~~. ob ipsarum enim tenuitatem naturam

tempore opus habere ad malos succos concoquendos, nobis commo-

strabatur; atque ex paucitate eam ad exitium ardere, ~~idcircoque~~

~~nullo pacto eos posse superare humores, et priusquam eos queat~~

~~superare, ipsam extingui debere, significant. Verum enim nec vero~~

Caeterum ~~vel~~ nos ~~profecto~~ animadvertere debemus, quamquam tenues ac paucae urinae sint

lethales in iis morbis, nihilominus non aeque omnes cito ~~exitium~~

progressi sunt ~~antecedunt~~, sed longo interim tempore; ut in Apollonio, Uxore Dealci-

dis et Adolescente Meliboe visum est. Apollonius enim vitam

ad quatuor cum triginta diebus protraxit. et Uxor Dealcidis die primo

et

et uigesimo obiit. Melibaeusque Adolescens uigintiquatuor diebus. Sunt igitur hae paucae urinae exitiosae, si modo ab exinaniita humiditate in Continuis febribus ~~tales~~ tales mingantur. quandoquidem ob multas alias rerum causas paucae ~~exeunt~~, ut superius dictum est. quarum aliquae non exitium praedicant, at ~~aliquando absque sanitatem prognosticari contingit.~~ Veluti quando sudoris, uel uomitus, uel alui quaepiam bona ac copiosa euacuatio praecesserit; ~~tunc temporis enim salutem explicabant.~~ quae uero penitus restiterunt ~~in continuis febribus~~ proximum esse exitium ~~certe~~ explicant: Significant enim Calorem febrilem ustientem adeo esse, ut ipse omnem humiditatem sanguinis ~~exau~~serit, obidque illum morbum naturam superasse. In sileno enim paulo antequam ipse moreretur, urinae restiterunt. Et in anginosa, et Cyzici muliere, et illo melibaeo adolescente, urinae proxima cum morte restiterunt. Supprimuntur etiam Vrinae absque febre ob lapidem ~~in~~ reni-bus, uel uesica exitum ipsis impedientem. Huiusmodi urinae interruptae haud ita exiguum periculum hominibus impendit, atque ita ut nisi cito re-medimentis succurratur, aegroti quam cito emoriuntur. Non pauci enim ex hoc morbi genere obierunt.

postque paucae primum in igneo morbo sui apparuerint, mox

cox

enim

An Vrinis Cruditatem Commonstrantibus natura queat morbos iudicare aegrotisque sanitatem restituere

Cap. ij.m

Consideremus uero, ut modo finem urinarum Cognitioni prognosti

prognostici faciamus, an urinis cruditatem ~~in Urinis~~ demonstrantibus

possint morbi bene ac salutari crisi iudicari, ægrotiq[ue] homines

inde sanari. hoc autem si resoluetur, non modo præsagationi ob

urinarum inspectione percoscendæ adiuuabit, at ei etiam non minus

quam ex fecum ratione accipitur, sputorumque. Ab ijs etenim tribus

excrementorum generibus, scilicet Urinis, fecibus ac sputis tota coctio-

nis cruditatisq[ue] cognitio ~~de summa~~ habet ~~[illegible]~~ quod igitur de

urinis dicitur, in alijs quoq[ue] fere eodem ~~[illegible]~~ modo ueritatem

habere erit supponendum. Dictum uero sæpius à nobis est, Con

cocta celerem tutissimamque ferre iudicium, atq[ue] cruda morborum

longitudinem, recidiuas, labores atq[ue] mortes ægrotis ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~ quod ~~[illegible]~~ Gal. in primo de crisib. et in p.o epidem

confirmauit ~~[illegible]~~ Quamobrem ex ijs dicemus, morbos unà cum signis

cruditatis posse interim iudicari? Caterum hoc non nisi in ro-

bustissimis corporibus obseruatur, difficileq[ue] non parum ab ijs iudicium

capitur, indicationesq[ue] crudis cum ~~[illegible]~~ urinis difficilem ~~exitum~~

habent ~~sicci melius nos non ita facile quibus quimus cognoscere~~

Alias etenim pluries ex Gal.o didicimus, Iudicatoriorum non ~~in~~

indicantium alia profecto lethalia, et alia difficilis esse iudicij: letha

liaque à lethalibus alijs signis, ab ijs, quæ difficilem edunt ~~iudicium~~

iudicium interstinguntur. Urinæ itaq[ue] crudæ difficilem habent iudicium

quoniam ~~ex ipsarum~~ ratione morbi longitudinem ostendunt? quo pacto

igitur

[Margin notes: ...bis / ...s ; ~~[illegible]~~ ; prognosticare: / Cas ; salubriter morbos eo nō iudicari ; cruditatis]

56

igitur integre morbi, Vrinis cruditatem demonstrantibus, queunt ~~[illegible]~~ recte iudicari? Posse vero iudicari neminem negare ~~ratione~~ experientia posse putamus, cum in pluribus ægrotis ab Hippoc. in ~~[illegible]~~ epidem. lib. narratis id fuerit non non semel, sed pluries, obseruatum. Galenusque ijs profecto verbis in primo lib.o de Merone loquens ait: Quod vero in (com. 3.o tex. 4.)
" epitu totius narrationis scripsit: In hoc non erat recidiua, sed ~~[illegible]~~
" crebro sanguis etiam post iuditiu erupit, eo est dictum, quod absque
" vrinaru concoctione esset iudicatus. Cleonatides vero vrinis tenui-
bus, subrumque sedimentu habentibus, quæ Cruditatem adhuc in hu-
moribus ~~aliquam~~ esse demonstrabat, die octuagesimo, ut Hippocrat.
in p.o epidem. docuit. multo sudore fuit integre iudicatus. et De Meto (com. 3.o tex. 15.)
ne, de quo nuper Galenu locutu fuisse uidimus Hippoc. sunt in modum
" scripsit, inquiens: Die quinto è dextra nare affatim profluxit merus,
" sufaciet iudicatus est. à iudicio insomnis erat, delirauit. Vrinæ tenues
" subnigræ. Simili etiam modo ~~Nicodemus, ut de ipso ab Hippoc. scri-~~
" ~~bitur in 3.o lib.o, urinis multis albis, multa sedimenta habentibus, quæ~~
" ~~certo humoru Cruditatem adesse demonstrabant, est [illegible] copio-~~
" ~~so sudore iudicatus.~~ De Muliere vero morosa in eodem lib. hæc
" in fine illiusce historiæ leguntur: Circa tertium diem urinæ nigræ
" et tenues, suspensio diu erat rotunda, non subsidebat, sub iudi-
" cium copiosi menses prouenerunt. quamobrem non dubitare opor-
tet hos conscriptos ~~ægrotantes~~ vrinis Cruditatem commonstran-
tibus, prorsus integreque fuisse iudicatos, ac sanatos. Possunt itaque febres vrinis
aliisque

aliisq. signis cruditatem ~~crisim~~ significantibus non numq. salutari crisi ~~aliqua~~ iudicari. Hoc vero ut hac res probe a nobis mitti gatur, memoria nostra est mandandum, quippe urinas, ~~crudas cum~~ ~~tum~~ quibus, agrotantes a febribus aliqua ~~euacuatione~~ crisi ~~liberant~~ ~~sunt~~ iudicantur, non ~~omnino~~ crud~~itatem~~, ~~sed humores partim fuisse~~ ~~a natura concoctos, partimque coniugendos nobis significantes~~ ~~humores~~; ~~quare vero~~ Cum urinis perfectam in humoribus cruditatem significantibus, velut tenues albi aquosi ~~consistentes~~; quae cum quidem sunt crudissima, febres posse iudicari nemini est creden dum: At crudae cum quibus morbi possunt aliquando ~~non~~ iudicari, non absolutam ~~sed~~ ostendunt in humoribus cruditatem, sed ipsos humores partim concoctos, et partim ~~non significare~~. Galenusq. cum neronem dixerit absq. urinarum concoctione esse indicatum absq. ipsorum perfecta concoctione intellexit. Namque in Cleonactide ~~Nicodemo~~, Mulierq. morosa, urinae cum ipsorum agrotaverunt iudicaverunt ~~non omnino~~ crudae erant. Urinae enim Cleonactidis quamq. ob tenuitatem crudae essent, habebant tamen bonum ~~sedimentum~~ colorem, atq. rubrum sedimentum, quod etsi non ~~con~~ ~~co~~ coctionem in humoribus significaret, nihilominus aliquam ~~partim co~~ ~~bonam hypostasis~~ factam esse commonstrabat. ~~In Nicodemo urina~~ ~~multa, albi cum multo~~ sedimento ~~optima fuerat, quamquam~~ ~~multum sedimentum~~ magis ~~de crudo humore euacuari nobis~~ ~~praemonstraret~~.

crudis obseruatis ^ esse sed partim crudos, partimq. concoctos videri, ipsum concoxisse, partim, et ipsum esse humores significates ^

apparentibus ^

crudos ^

perfectam ^

[illegible] prob. 6. p[illegible] frequens [illegible] quoppiam [illegible], sed p[illegible]
[illegible] simplex [illegible] calore sed crebra [illegible]
[illegible] frequens [illegible] // Gal. [illegible] indicium [illegible] male affecti [illegible] replen
[illegible] si in p[illegible] frequens [illegible] refrigerata [illegible]

Sputa quid sint, ipsorum differentiæ, ~~et causæ~~ generatio, atque causæ.

Cap. 5m.

Superest modo, ut cognitioni prognostici ab excrementis indagandi finem faciamus, sputorum observationem, et cognitionem quæ superest considerandam, nunc docentes. Per sputa vero illa intelligimus, quæ tussi educuntur, quæ enim vel simpliciter expuuntur, vel aliquo excreatu parum morborum prognostico utilia sunt, proinde de his tantum quæ tussi expuuntur in hoc libro scribemus. Horum enim cognitio maxime est utilis tum ad cognoscendos morbos, tum ad ipsorum pervestigandas causas, ~~atque~~ et ad prognosticum locorum partium pectoris. Sputum vero, quod tussi educitur, ~~est~~ excrementum esse, quod à pectoris spirituosis partibus expellitur, nemo est mediocrium qui ignoret; an vero in pectore generetur, vel potius in cerebro, vel in utroque loco, hinc nos discere possumus,

(Cuiusque sputa intelligat)

(Quid sit sputum quod tussi educitur.)

Apparet

pulmonibus generari per sputum

apparet enim satis esse manifestũ, idem esse excremẽtũ quod
excreatione educitur, atq ex tussi, quippe pituitosum, muco
sumq excremẽtũ, modo simplex, atq immistum exeat. Contin-
git enim sæpius pituitosũ illud sputũ in aliquam pectoris p[ar]tem,
aliquam alterius humoris, uel multorũ recipere mistionem,
mistumq etiam aliquando in pulmones descendit. quamobrem
ratio suadet, ~~sputum~~ in Cerebro generari excremẽtũ illud
pituitosũ ex ea, quæ fit in eo membro Concoctione, hincq
fit quod hi, qui frigidius, humidiusq possident Cerebrum
multis sputis uexantur, distillationibusq ~~magis~~ uexa-
ri ~~soleant~~ etiam soleant. Cerebrum enim, quod in stomachũ
Diarrhea fieri significat, idem facere multa sputa mani-
festant, siquidem ut Diarrhea, generatur ex Cerebri dimi
nuta Concoctione. Generantur etiam aliquando sputa in aliqua
pectoris parte inflammatione correpta, uelut in pleuritide
atq alijs partibus regionis pectoris inflammatis obseruatur.

generari in pectoris p[ar]te

Varia uero sputa perinde ac alia excrementa, apparere
solent, quando ipsorũ alia sint crassa, alia liquida siue
tenuia, et alia spumosa, Aliaq ~~multa~~, uiscida, alia rotũ
da ac densa, et alia multa, aliquẽ pauca. rursũ alia
sunt simplicia, impermista, atq alia multis, uel uni humori
mista. et alia uno sapore atq alia alijs sapiunt, et ~~alia~~
hoc modo etiam uarijs Coloribus, ut alia ~~[illegible]~~ inficiuntur excre

sputa varia

Differentia sputorum

menta

excrementa, cernuntur, namq alia alba atq alia alio constat
colore. ex edultionis etiam ~~[illegible]~~ facilitate, atq difficultate
habent differentiam. sufficiet autem nos nunc sputorum
aliquarū differentiarum causas cognoscere. aliaq in poste
rum docenda erunt. Crassa igitur sputa ut ab his incipia (Causa sputorum crassorum
mus vel ex crassa pituita fiūt, vel ex melencolico crasso succo
in pulmones descendente, vel in pulmones tenuia excrementa
crassa fiunt à calore agente in ipsa. Nam ~~[illegible]~~ crassa uiscidaq
excrementa in fibris pulmonū collecta calores illarū partiū insignem diu
agentem ita densare resoluendo tenuiores partes, atq crassio efficiant, obser-
res terreas densando, ut lapidem sępe ~~ipse generauerit~~. uatur. A.
A. Galenusq rotunda sputa hoc modo generari in 6° lib° epid. (Rotundorum sputorum
" scripsit his uerbis: sputorū rotundorū ueluti materialis Com 3° tx 36.
" causa crassitudo est, atq tenacitas humorū in fibris pulmo
" nis collectorū: causa ueluti effectrix ~~est~~ loci calor. et in
" quibusdam febre uacantibus id fieri uidimus, qui peruallde
" longū temporis interuallū nihil mali pati uidebatur: atta
" men isti omnes postea phthysici contabuerūt. Viscida (Viscidorum
tenaciaq eodem modo à calore ~~[illegible]~~ euadūt. ut in ple
uritiis obseruatur, in quibus sputa intra pectus per mul
tum tempus retinentur. Cæterum generantur etiam in cere
bro sæpius ob eandem causam, atq ubi ~~[illegible]~~ pituitosus mu
cus bili permiscetur. et homine etiam utente cibis ~~[illegible]~~
sāguinem uiscosiorem generātibus, uiscida fiunt sputa

tenuia

Tenuia [margin: tenuium] uero liquidaque sputa fiunt (Galeno docente in 6°. lib. epidem. [margin: Com. 2° tex. 17.] Cerebri calore debili generante aquosum excrementu, quod sane neque in pulmones crassescit, defectu multi caloris. et spumosa [margin: spumosorum] reddunt ipsa multi flatus qui ipsis permiscentur, ut Gal. docet in lib. quinto de loc. affec.

Multa [margin: Multorum] uel a frigida humidaque cerebri temperie fiunt, ob quam cerebru multis excrementis abundat. uel ~~fit~~ multa sputa apparent pectore multu humoris expurgante. ueluti in pleuritiis, atque peripneumoniis obseruatur, in quibus sane affectibus multu expuere homines, quod multu humoris inflammationem facientis educatur, euacueturque, optimu semper est signu. suppurato ac rupto abscessu in pectus, quo morbo affectos empios medici appellant, multa purulenta aegroti expuunt. e contrario uero ubi cerebru [margin: Paucorum causae] siccu est temperie, ~~modo~~ calidumque, pauca excrementa generantur, et ob id pauca expuunt homines hi, atque etiam in inflammationibus pectoris ut docuit Hippoc. in lib. prog. expultrice uel facta debili ab humoru multitudine, uel a uiscositate tenacitateque, uel ob uiriu languorem pauca expellunt, pessimumque est in ijs morbis pauca expuere. pauca etiam expuunt, tussi aut asthmate uexati, uel ob humoris expellendi tenuitatem, uel ob tenacitatem.

simplicia

simplicia uero imistaq. fiunt, quoties simplex humor ex | Sincera et simul...
purgatur. et permista ubi pituita alijs mista est humori- | permista
bus. De Coloribus ~~uero~~ sputorum Gal. in 2.° lib. de locis | Colorum causae
" affec. scripsit: quippe iam ostendimus, omnem inflamma | Cap. 9.
" tionem ex affluente fieri sanguine. quapropter si biliosus
" fuerit sanguis, flauum aut pallidum erit sputu, si pitui-
" tosus exspumans, et Candidum. si ~~...~~ melancholicus, aut
" nigru aut liuidum. si nihil horu sanguinem infecerit
" rubru. quinetiam in pleuritide saepenumero magis biliosu;
" in peripneumonia uero magis pituitosu. sapores etiam
uarij uariam tum humoru sputis mistorum naturam sequnt
~~tum uariam~~ caloris alterationem in simplicem humoré
pituitosu: namq. ubi humor est ~~...~~ minus Concoctus
à Cerebri Calore insipidus redditur, et eo magis Coctus
acidus, atq. adhuc magis dulcis, et adhuc magis salsus,
omniumq. maximè amarus et acris: quostamen sapo
-res ~~ab~~ in aqueo humore fieri posse multi Contendut.
salsus uero sapor in sputis plerumq. eo humore in
cerebro aliquatenus putrefacto, exoritur. uel à [illegible]
dis halitibus sursu in Caput ex internis uisceribus de
latis, uel calfacto cerebro perobstructis aliquando
cutis capitis meatibus. sanguinea sputa fiunt à sanguine | sanguinea sputa unde fiant
pituitá

Margin (beside lines 6–11): flauorum, pallidorum, alborum, spumantium, nigrorum, lividorum, rubrorum, biliosorum

Margin (beside line 11): Saporum in sputis Causae

pituitâ permisto, qui ~~ex~~ uel ex capite, uel ex ~~part~~ pectoris
aliquo uase uel aperto, uel rupto, uel ~~eroso~~ eroso, ~~in~~

Pura Contentorum Cong.°

emanat. et purulenta ex pure, quod tussi excernitur, ut
in empyis et phthysicis apparet. Cum uero apparent sputa
cum frustulis carnis, uel aliquo broncho, sinunt nos id

Ulcerationis pulmonum ex carnis frustulis

esse ob ulceratos pulmones, ut testatus est Galenus in 4°

Fœtidorum

aph. ii°

lib. de loc. affect. fœtere uero ipsa inditiũ putrefactio
nis est. ut docuit Hippoc. in libro quinto aphorism. signi
ficat enim uel ulceratũ esse pulmonem, uel humores in

Sputa concocta quæ dicantur

Cap. 4°

aph. 12

pectoris parte collectos computruisse. Concocta in ple
uriticis, ut docuit Galenus in primo lib. de Crisib. ~~sunt~~
atq; in p.° lib.° aphorism. sunt alba lævia, æqualia medio
crem consistentiam substantiæ habentia, quæ facili ex

Cruda quæ dicuntur

puuntur. et Cruda sunt Crassiora, tenuiora, uiscida, spu
mosa, ~~flava~~, pallida flava, et rubra, difficulterque educta.

Maligna quæ sint

Maligna dicuntur esse liuida, nigra, uaria, et syncera.
Hæcq; nunc sufficiant pro uniuersali quadam sputorum
tum differentiarũ tum Causarum Cognitione. Horum
uero sputorũ Cognitio, scilicet illorũ, quæ tussi per os
excernuntur, adprime erit utilis; summeque nobis con
ducet cupientibus præscire ueros euentus morborum
partium spirituosarum. Alia uero quæ uel simplici

expuitione

60

expuitione, uel excreatione per os excernatur, pecto
ris partium morborũ cognitioni inutilia existunt, capitis
uero, ~~non utilia, atq~~, faucium, ~~et~~ tracheaq; arteria ~~morb~~
principij, atq; oris uentriculi morbis utilia sunt. Hip-
" pocrates in prorrhet. ait in phrenitiis frequens sputa
" tio mala. Quamobrem sputa, quae tussi per os educuntur
quod laesarum ~~partiũ~~ partium pectoris prognosticum ma-
nifestent, ceteris utiliorem habent observationem:
idcirco de his praecipue ~~in hoc libro~~ est agendum,
alijs non neglectis.

quid sputa [illegible] ad [illegible]

[illegible] sputa [illegible]

Quid nihil expuere in pleuritiis, peripneumoniis
alijsq; spirituosarũ partiũ inflamationibus
significet, ~~ac~~ portendat

Cap. 2m.

Multis modis a nuper dictis sputis in pleuritiis, et
in alijs spirituosarũ partiũ inflammationibus nos
prognostica indagamus, quippe ~~aliquando~~ ab ~~aliquando~~ ipsorum primo
~~sola~~ concoctione ac cruditate, ~~scilicet quando~~ sunt
enim cruda, ~~qualia esse dicuntur~~, tenuiora, crassiora, vis-
cosiora, pallida, subflava, flava, spumosa, difficul-
ter educta. et concocta alba, levia, aequalia, medio

Criter

mediocriter crassa, rectaque permista, absque ullo factore obseruata, quaeque facilius tussi reiiciuntur. Secundo à sputis indagatur prognosticum non ipsorum coctione uel cruditate considerata, sed malignitate. maligna enim in pleuriticis sunt sputa, nigra, livida, et variorum colorum syncera, purulenta, fœtidaque. Nunc vero ab his exordiamur, quae cruditate, et concoctione, nobis aegrotantium prognosticum manifestant; acque primo à cruditatem significantibus. Bifariam autem in his spirituosarum partium morbis, presertimque in pleuriticis, humorum cruditas obseruatur, uno modo ab aegrotis, qui nihil expuunt, atque à sputis crudis obseruatis. Quid uero nihil aegrotos ~~illos~~ expuere in his spirituosarum partium inflammationibus, particulatimque in pleuritide, à nostris morbo laterali appellato speculemur. Nihil enim pleuriticos, peripneumonicos expuere in morborum primis temporibus maximam humorum cruditatem significat, nihil enim expuere Galenus urinis aquosis crudissimisque compa-rat. et ~~ob id~~ crudissimum esse morbum manifestat, et multo magis, cum tardant expuere ad augmentum usque. ~~In aute~~ In ipso uero tempore et multo magis in statu nihil expuere pleuriticos et peripneumonicos omnino lethale est. Cum igitur medici tardius incipere expuere obseruat, morbum prolixiorem, et periculosum prognosticat. et cum etiam in alijs temporibus hoc ~~fiat~~ fit, exitium. Nihil enim aegrotos in morbi principio expuere naturam nondum humores cepisse concoquere indicat:

et

et foetore etiam expuuntur, Coctionem semper significant.
Nonnunquam vero ex ipsorum tactu malignitate uitam extinguere pre
sagatio peruestigatur, utpote quando sputorum Colores, uirides
liuidos, nigrosq; ipsa synceria, et non bene permista, uel in ijs pus
uel foetorem obseruamus. Nunc vero ab illis exordiamur, qui
cruditatem atq; concoctione nobis ægrotantium prognosticum
manifestant, ab ijsq etiam priori loco, qui Cruditatem illu significant
morbus adesse commonstrant. Bifariam vero in ijs spiritualium
in primis partium morbis, Cruditas humorum medijs manifestatur praesertimq; in pleuritiis
uno modo ab ægrotantibus, qui nihil expuunt, atq; altero a
sputis crudis obseruatis. Quod igitur nihil ægrotus expuat
expuere in ijs spiritualium partium inflammationibus, particu
lariterque in pleuritide, a nostris morbo laterali nuncupato,
nos nunc
nos priori loco hoc loco contemplemur. Verum enim vero
quibus modis nihil expuere solet in ijs ægrotis, cum ipsi sepe primo
in quo primo tempore morbus est crudissimus nihilq;
uiuntur in primis morborum principijs, eorumq ob Causam eotem
pleuritici peripneumonicique expuunt
pars nihil expuunt. In pleuritiis etenim cum humores
tamen
Crudissimi existunt, ægroti nihil expuunt. Altero vero pleuriti
cos expuere humorum maximam Cruditatem ostendunt, ideo
Longum, uel lethalem fore morbum significant. Longum autem
Nihil enim expuere pleuriticos peripneumonicosq, uel nequaquam crudissimum
esse morbum manifestat, et hoc obseruatur in primis morborum temporibus
maximamq Cruditatem ostendit, et ob id morbum prolixiorem prognosticant
medici cum tardius pleuriticos incipere expuere obseruant. Cum vero etiam

~~m in alijs morborum temporibus nihil expuunt, perniciosum est. Nihil enim agroti~~
~~in morbi principio expuere~~

~~quoniam naturam nondum humores capite concoquere explicat~~, et mor

talitatem quando non solum in morborum principijs, sed in alijs etiam

~~temporibus nihil expuere~~ ~~ægri~~ incipiunt; Naturam enim non posse ~~hu~~

humores superare id proculdubio ostendit. Unde mirari non debe-

mus si exitium subsecuturum a medicis inde solet prænosci, progno-

sticarique. ~~Nihil enim expuere~~, aquosis urinis ~~facile posse~~

~~comparari~~, quæ profecto omnium summam in humoribus crudita-

tem ostendunt, facile posse comparari, Gal. in p.° lib. de Crisib.

ita scripsit:

Cap. 12.° « in ~~hunc modum scriptum reliquit, ita inquiens~~: Sic enim in lateris

« et pulmonum passionibus ea, quæ proprie sputamina, urinarum

« subsidentijs assimilantur. Nihil vero omnino expuere, sed

« tussim tantummodo siccam habere, tale quidam est, quale in

« urinis excrementum crudum, quod aquosum nominamus; ~~hoc quoque in mul-~~

~~tis ferme locis legitur~~; ~~particulatimque~~ ~~in p.° aphoris. Hippo~~

atque maxime curatu difficilem

Diuturnum vero morbum nihil expuere in spiritosarum partium

Com. 12.° « inflammatione significare in ~~p.°~~ p.° lib. aphorism. Gal. ita scripsit: Si quando

« vero cum tali pororum coarctatione inflammatio fuerit, ut nihil

« foras effluat, tum et concoctu difficilem, et diuturnam eam inflam-

« mationem fore est necesse. Verum enimvero nos dies in quibus

nihil expuitur sedulo animadvertere ~~et nunc~~ oportet. si quidem

in primis diebus pleuriticos nihil expuere, neque profecto omnino

exitiosum

exitiosum est signum, neq; longam semper fore inflammationem ~~inde~~
~~demonstratur~~, si modo postea aegri statim expuant. hancque ob causam
